MS 87/II

ANTIQUIT: JUD: PARS II

DE PERSONIS SACRIS

CAP. I.

De Pontifice Maximo

Defluximus bonis avibus ad Secundam Antiquitatum Hebrearum Partem, ubi haud minus utilis, ac jucunda Palestra nos excipiet, Luce nobis prebet Personas Sacras, Quarum opera, ut Auctor § I. docet, primum in Tabernaculo, mox demum in Templo Statis Temporibus requirebatur. Has autem Personas Sacras dispescit Auctor § I. in 3 Classes. Quarum Una agit De Pontifice Maximo II^da De Sacerdotibus. III. ^tia De Levitis.

I. ^ma Classis agit De Pontifice Maximo, ubi lustrandus nobis et Pontifex Maximus ☧ Litera liter ☐ Mystice.

☧ In Literali Descriptione Videmus (α) Nomina Pontificis Maximi § 1 (β) Dignitatem § 2. (γ) Electionem § 3 (δ) In augurationem § 4. (ε) Munus ejus quotidianum § 15 (ζ) ostendemus Pontificem Maximum non nisi unicum esse debuisse.

(α) Quantum ad Nomina. Pontifex Max. Hebrea Phrasi dicitur הכהן הגדול le Sacerdos Magnus

Magnus, eo quod reliquos Sacerdotes dignitate, et auctoritate praecellebat, Neh. 7. 56. vel adpellatur cum articulo ὁ ἱερεύς. Graeca Phrasi adpellatur Ἀρχιερεὺς Summus Sacerdos, qui Dux religionum esset. Vide 3 Macab. 1. 11. Quo nomine distinguebatur ab aliis Ἀρχιερεῦσι, Qui certis Sacerdotum Classibus praerant. In Veteribus Nummis, Pontifices Maximi Romanorum adpellabantur Ἀρχιερεὺς μεγίστος i.e. Sacerdotes Maximi, et ἅπλῶς, Simpliciter adpellabatur Ἀρχιερεὺς. imo et Ἱερεύς. Ita Iudaei Summum Pontificem Maximum, adpellabant modo Ἀρχιερέα μέγαν, et absq; adiecto epitheto Ἀρχιέρεα, modo Ἱερέα τὸν μέγαν, et absq; epitheto Ἱερέα Vide Versionem Alexandrinam, Seu 70. Virum in Exod 29. 30 et Libr. Iudith. 14 9. 1. Macab 15. 3. Ezr. 9. 39. Confer his Deut. 10. 6. Imperator Iulianus Nomen Summi Pontificis quoq; sibi adsumsit, postquam Sentibissimum palam profiteri coepit.

(13) Dignitatem Pontificis M. tradit Auctor §. 2. Ingens Sane apud omnes Gentes, fuit dignitas Sacerdotis, Quae majestate Sua Regali fastigio haud quaquam cedebat, Et Sane non minoris est ponderis, atq; momenti Conscientiis praesidere, et intimos animorum recessus Religionis Veluti nutu moderari, quam Corpus regere et Cultum, Vitamq; Civilem temperare, unde antiquis fere temporibus ii qui rerum potiebantur, Simul etiam honore Sacerdotii praeminebant.

nebant, quorsum spectat protritum illud Virgilii:
En. 3. 80.

Rex Anius, Rex idem hominum Phoebiq; Sacerdos.

Ad quem Virgilii locum hæc Servius notavit. Sane hæc erat consuetudo majorum, ut Rex esset etiam Sacerdos, unde hodie quoq; Imperatores dicuntur Pontifices. Et sane postquam summa auctoritas in Repub. Romana penes unum resedit Principem, statim titulum Summi Pontificis sibi proprium et perennem arrogarunt Imperatores, quo titulo tandem in Nummis publicis præfulgebant. Quodq; notatu dignissimum est, quum plures Augusti simul Reipubl. Romanam tenerent, et sæpe contigit, tum honor Summi Pontificis penes Vetustissimum residebat, ut liquet tum ex testimonio Dionis Cassii, qui rem hanc observavit. tum ex Nummis, in quibus Marcus Aurelius Antonius, tanquam Pontifex M. conspicitur, nunquam autem ejus collega in Imperio Sil. Lucius Verus.

Non autem titulo solum, hunc dignitatis gradum adsumserant Cæsares Romani Verum etiam munera Pontificis re ipsa exercuerunt (.) Augustus Cæsar teste Svetonio in ejus Vita, Virginis Dignitatis multa ad Pontificatum Spectantia præstitit. Imprimis vero Libros Fatidicos Græcos Latinosq; recensuit, et plures quam bis mille Libros Vulcano dedit, exceptis Libris Sibyllinis, quos retinuit (.) Claudius Cæsar Se

ste ite

ste iterum Svetonio, jure Pontificatus Maximi observationis formulam Populo praivit. (::) Tiberius Imperator, Teste Tacito, tanquam Pontifex M. aditus et Consultus est de jure Flaminum. (::) De Hadriano Imperatore memoriæ prodidit Spartianus, eum Sacra diligentissime curasse. Et extant Nummi, in quibus Hadrianus Patellam manu dextra tenet, tanquam Vas Sacrum, quô Romani libare, seu Dîis Vinum offere solebant (::) Libanius in Panegyrico probibet, Julianum Imperatorem non minus Titulo Pontificis Maximi, quam Imperatoris lætari solitum fuisse.

Neque Silentio hîc involvendus est Constantinus Magnus, Christianissimi in orbe Romano assertor, Vindexque acerrimus, Qui cæteris Suæ Dignitatis Titulis etiam Titulum Pontificis Maximi inseruit, non ideo, ac si munus Ecclesiasticum Sibi arrogaret, Ecclesiæ fundamenta labefactaret, Sed, ideo ut eo potentius Ecclam confabiliret, Etenim jure hujus muneris, Sub ditione et potestate Sua continebat omnes omnino Sacrificulos Gentiles, eoque loco et munere movere poterat.

Hæc præmittere animus fuit, ut adpareret, Pontificatum fuisse Munus Splendidissimum, et neutiquam humiliter Sentiendum esse de eo, qui Præsidem et Antistitem gerit universæ Religionis.

Apud Hebræos idem hîc Gradus multo celebratissimus fuerat, et Persona Pontificis Maximi divinitus constituta fuit, in nobilissimam Picturam

Jesu Chr.

Jesu Xti, Conditoris, et Præsidis totius Religionis, ideo Pontifex Maximus in Vtâ omnibus Sacerdotibus Anti-Sabat, et adpellabatur הכהן הגדול מאחיו Sacerdos ille Maximus, qui maximus est Fratrum Suorum. Lev. 21. 10 Quoniam autem Sacerdotes omnes essent Sancti, et quidem ex mente Judæorum קדש קדשים Sanctitate perpetua, certum est. Pontificem Maximum, omnium Sacerdotum Sanctissimum fuisse habitum, unde Aquila. Per Sanctum Sanctorum. Deut. 9. 24. existimabat intelligendum esse Pontificem Maximum. Voluit propterea Deus omnia undiqs decora, et ornamenta in illustrem hanc Umbram confluere, et conspirare, Summa cum Religione remotis omnibus illis, quæ vel minimum dedecus, ac labem tam illustri Personæ adspergere possent. Ex mente Rabbinorum Pontifex Maximus Regi similis erat, in eo quoqs quod quemadmodum ad Regiam dignitatem Pontifices, Cæciarii, Dalmatores, quive Sordidis occuparentur negotiis, evehi non poterant, ita quoqs Dignitate Pontificis Maximi omnes illi excludebantur. Ipse Philo Judæus in Legat. ad Cajum Caligulam Imperatorem, Dignitatem Pontificis Maximi, non comparat tantum Regiæ dignitati, Sed ei præfert, aitqs ἀξιεπιθύμητον. Dignitatem Pontificalem, tantum præstare τῆ βασιλεία Regiâ dignitate. Quantum cura rerum Divinarum

narum præstat curâ rerum humanarum. Imo Sunt ex Iudæis, qui Pontificem Maximum æquant cum toto Populo Iudaico. Nec Sine ratione, nam (1) Ille Sanctissimas cultus Dei partes peragebat. Ille precibus suis iram Dei sæpe a Populo Israelitico avertebat. Summorum Consiliorum Præses erat. (2) Omnium Israelis Tribuum Nomina in humero et pectore gestabat, quâ Significabatur, tum omnium Israelitarum Vice et Nomine ad Deum accedere. (3) Pontificem Maximum, totum Populum Israëlis repræsentasse patet ex eo, quod peccante Pontifice Maximo totus Populus Israëlis peccasse censebatur Lev. 4. 3.

Hanc uberrimam, et gratissimam Materiam plane planeq; excussi. Cursum nostrum Sic porro moderabimur, ut dum Pontificem delineamus, in illustribus ac cæteris ejus Dotibus animi ac Corporis, in Religiosa ejus Consecratione ac Inauguratione per Solemnes ritus, In Vestimentis partim niveo candore nitentibus, partim Variegato Colore pictis, partim auro Splendentibus, gemmisq; relucentibus. In iis omnibus lineamenta Spiritualia Cælestis nostri Pontificis ostendamus, atq; in hunc tanquam in Centrum, et Scopum omnia hæc ornamenta revocemus. Adiecq; quum Solemnis Pontificis M. Electio pertineat ad ejus Dignitatem, nunc jam

§ 3 Tertio juxta § 3 Agendum est De Electione Pontificis Max. Tradunt Hebr. Magistri (1) Non fuisse Pontificatum Hereditarium, ut nempe Pontificatus

a Patre

a Patre ad Filios derivaretur, et quidem jure Successionis. Neque Primo-genitum, filium ejus habuisse Successionis ad Pontificatum. Si interim Primogenitus Pontificis Maximi Filius aptus natus fuisset ad Pontificatum, tum is Patri in Pontificatum Succedebat ex Electione, tamen, atqs alius Sacerdotibus Stegarius prelatus fuit in Electione. Talem Filium aliis Sacerdotibus preferendum esse colligunt ex Lev. 6. 15. Sacerdos ille e Filiis Aronis, qui unctus fuit pro eo. Verum contendunt Magistri, talem Filium quoqs non jure hereditario Successisse Patri, Sed jure Electionis (2) Contendunt Magistri Pontificem eligi debuisse ex Patribus suis, seu ex Sacerdotibus reliquis. (3) Tradunt Thalmudici: Synedrium Magnum, Quod jam tempore Mosis Viguisse contendunt. Curam et inspectionem habuisse in eos, qui ad Pontificatum evehendi erant, et Publicum Examen instituere fuisse Solitum, num Pontifex inaugurandus idoneis polleret, animi corporisqs dotibus. Illas autem animi et corporis dotes, quibus pollere debuit is, qui ad Pontificatum evehendus erat, in presenti percensere juvabit.

(a) Corpus ipsum omnibus partibus debuit esse perfectum, nullo defectu, et Vitio notatum. Cavit de hac Corporis integritate Lex Mosaica Lev. 21. 17. ubi etiam Catalogum texuit illorum Vitiorum, et defectuum, ob quæ Vitâ, quis in Pontificatum evehi non potuit. Ad quam tamen

men Legem tenendum est, ex opinione Thalmudicorum labes illas nominatim expressas haud quaquam plenum absolvere Catalogum, Sed Specimenis ergo, ex multis pauca tantum esse excerpta, ex quibus conjectura duci possit ad alia Vitiorum genera. Magistri Heb Nonaginta recensent Vitia. Alii Centum Quadraginta enumerant. Quæ omnia longum foret recensere. Consulatur hac Cl. Seldenus de Successione Pontificis Max. Lib 2. Cap. 5to. Panea interim Corporis Vitia recensere haud abs re fuerit. Ita Claudus, manibus fractus, Oculo laborans, ut Cæcus. Calvitiem in Capite habens, Oculis justo plus majoribus instar bobis, Vel justo minoribus instar anseris laborans. Auribus pariter justo majoribus instar asini, vel Leporis, vel justo minoribus laborans. Item obesus Ventre, Colore nigro, instar Æthiopis notatus. &c. ad Pontificatum ascendere non poterat

(b) Quantum ad Dotes animæ Spectat. decretum erat ut Pontifex Maximus, Sapientiâ, omnibusq; animi Virtutibus esset instructus, atq; ab omni macula gravione purgatus, ut imprimis nullo Idololatriæ Crimine esset notatus, Connubium cum muliere extranea habere non debuit, Cultum Veri Dei loco alieno, et illegitimo instituere non debuit. De reliquis Vide Seldenum.

Hæc circa Corpus et animam Pontificis Maximi Specialim dicta Sufficiant. Generatim porro juxta Thalmudicos, Quinq; Dotibus excellere debuit Pontifex Maxi-

Maximus. (†) Sapientiâ unde dictus est בְּחָכְמָה Maximus in Sapientia (†) Robore Corporis. unde dictus est גָּדוֹל בִּגְבוּרָה Maximus roboe, ad offerenda et agitanda coram Deo Sacrificia (≠) Pulcritudine et Forma excellentiâ. unde dictus est גָּדוֹל בְּנוֹי. ↑ Majmonides ita hic loquitur: Si Pontifex Maximus Pecuniis destitueretur, reliqui Sacerdotes ex Suis opibus debebant aliquid ei offerre, quo ad ipse tandem omnibus ditior evaserit. (≠) Denique Quinto debuit Pontifex esse pre reliquis Sacerdotibus גָּדוֹל בְּשָׁנִים maximus annis Seu etate. Atq; ha Sunt illae 5. Dotes, quibus Pontifex Max. pre reliquis Sacerdotibus excellere debebat.

↑ (≠) Divitiis et opibus, unde dictus גָּדוֹל בְּעוֹשֶׁר

Natalibus quoq; Commendari debuit Pontifex Max. adeoq; Sedulo inquirebatur, an legitimis Parentibus Sit natus Pontifex eligendus. Indignus Pontificatu censebatur autem non tantum is, qui extra legithimum Conjugium esset Susceptus, Verum is etiam, qui Susceptus esset ex Nuptijs cum Femina extranea, vel Vidua Contractis. Cautum enim est in lege Mosaica, ut Pontifex M. Virginem ducat in uxorem, non Vidam, aut non a Marito repudiatam, ne quo pacto Tori Sui dignitatem minuat. Ergo Pontifex M. debuit magis quoq; ex Matrimonio cum pura Virgine Suscepto, Sicq; ex Uxore Virgine Vid Lev. 21. 13 14. De hijs alijsq; juxta Traditiones

ditionem Thalmudicam publice in Concilio Synedrii Magni examen erat constituendum, antequam aliquis ad Pontificatum admitteretur. Doctores Thalmudici tradunt, ut qui hoc Examen feliciter sustinuisset, et doctos suos omnibus adprobasset, enm albis Vestibus indutum Triumphantis instar, solemni pompa deductum esse Domum Suam multa cum gratulatione Patrum Synedrii, et Plebis prosequentis, Sin Synedrii causa cecidisset, atris Pannis obvolutum, per Summum dedecus et ignominiam gradu Suo dejectum, et ab omnibus explosum fuisse, ad quem ritum alludi putant graves Interpretes in Apoc. Quando Victori alba promittuntur Vestimenta. Vid. locum Apoc 3. 4. 5.

Hactenus Decreta Thalmudicorum perstrinximus, de quibus paucis monendum est, ipsis Thalmudicis fidem hic temere adhibere non possumus. Examen enim illud Pontificum, quod tam severe urgent Thalmudici, nec antiquissimis temporibus, nec Sequiore Mosis etate locum habuit. Quod hinc colligitur (*) Quia etate Mosis, et antiquiore Tempore Pontificatus erat hereditarius, et in Primogenitum, vel alium Pontificis filium, si is aptus esset Pontificatui gerendo, Pontificatus devolvebatur. Ipsi Thalmudici licet contendant Pontificem eligi debuisse e numero Sacerdotum, ultro tamen fatentur, Pontificis filium debuisse Patri Succedere in Pontificatu, si is aptus esset. (*) Examen illud Pontificum a Viris Synedrii

Magni

Magni peractum, locum non habuisse tempestate
Mosis, temporibusq; Mosi Viuinis, inde patet.
quod tuhc temporis Synedrium neq; exstitit, a
quo Examen illud institui debuisset, et potuisset.
Licet enim Thalmudici jactent antiquitatem Sy-
nedrii, certum tamen est, quo nil certius, Sy-
nedrium demum emersisse tempore Macabeorum,
ut hac docebimus ubi ad Synedrium juxta fi-
lum Auctoris nobis perventum fuerit. Sed (:)
neque Sequiore etate, ut Sante Templo 2do. Exa
men illud locum habuit, tunc enim non a Synedrio
Magno, Sed a Populo, et Sepe a Regibus eligeban-
tur Pontifices Maximi. Ita Sepe compluries illa
tempestate Pecuniis Viam ad Pontificatum Sibi ape
ruerunt, hinc est, quod Sepe Juvenes, hominesq;
indocti ad Pontificatum fuerant evecti, qui, neq;
Scicbant, quid Nomen Pontificis Valeret. Figmentum
igitur hac, de Examine Pontificis, antiquissimis
temporibus a Synedriis habito, Pharisaicam Spirat
fallaciam, ut hac ipso persvadeant, tum Reges in
Politicis, tum Pontifices in Ecclesiasticis olim quoq;
dependisse a nutu, et auctoritate Synedrii Magni.

(δ) Quarto Sequitur Inauguratio Pontificis
Maximi § 4. Magestatem Pontificis Maximi, et Re-
ligionem muneris ejus mirum in modum Sanciue-
runt Cæremoniæ gravissimæ, Quibus Aron a Mose
fuerat inauguratus, Ordinem Solemnitatis lucu-
lenter exequuntur est Moses Exod 29. Confer Lev. 6. 20.
ubi

ubi Quatuor partes Cerimoniarum Inaugurationis recenser. (1) Lustratio seu lotio totius Corporis. (2) est Unctio Frontis (3) Indutio Vestium Pontificalium (4) Sacrificia a Pontifice peragenda.

(1) Principem locum tenebat Lustratio. Solemniter a Mose procurata ante ostium Tabernaculi Exod 29. 4. ubi jubetur Moses lavare Aronem, et Filium ejus. Quod non ad literam est capiendum, quasi Moses manum ipse admovisset, Sed tantum Summendum est de Cura, et Praesidio, quo Moses huic Solemnitati praerat, omnia Vice Dei procurans, num rite administrentur. Quando vero ante ostium Tabernaculi Solemnitas haec fuit peragenda, dubium esse nequit, quin aqua ad hanc lustrationem peragendam, ex Lavacro aeneo, quod in Tabernaculo Stabat, sit petita, idqz liquido satis elicitur ex Exod. 40. 11. 12. Inunges Lavacrum, et Aronem, ac Aronidas ducito ad ostium. et lavabis eos aqua. Hic vero Suae Hypothesi Strenue indulget Cl. Spencerus, quum ait: lustrandi hunc ritum profluxisse ex Aegyptiorum consuetudine, Quorum Sacerdotes se se crebro lavabant, antequam rem Divinam Susciperent, quasi res illa, non omnibus omnino Sentibus concelebrata fuisset. aut quidquam proclivius esset, quam in exteriore hoc Symbolo interioris puritatis necessitatem insinuare.

(2) Secunda Pars Cerimoniae in Pontifice inaugurando erat Indutio Vestium Pontificalium, ubi enim Pontifex Sordibus ablutus esset. Veteribus Vestimentis depositis, Vestibus Pontificalibus indutus est. ubi observandum est, dimidiam partem, hujus

Ornatus

ornatûs etiam minoribus Sacerdotibus communem fuisse. Cultûs Pontificalis vero constabat Vestibus, quæ omnes peculiari Cerimoniâ erant induendæ. ut Significarentur, novæ alicujus et Spiritualis conditionis Potentia, quam mox exponemus.

(3) Tertium locum sibi vindicat Sacra Unctio. Quæ tunc fuit adhibita, quum omnibus ornamentis jam indutus fuit Pontifex, adeoq; oleum non potuit effundi in apertum caput, undumq; Verticem ut plerisq; imaginantur, Caput enim Pontificis jam Tiarâ tectum fuit, Sed Frons ipsa ungi debuit et quidem largiter, at patet, tum ex Verbo pss fundere, quo hic usus est Moses. tum ex Psal. 133. 2. ubi unguentum Capiti, h.e. Fronti adfusum, defluxisse dicitur ad Barbam Aaronis, atq; ades ad os Tunicæ ipsius, ubi cavendum est, ne per os Tunicæ intelligamus inferiorem eram, seu marginem Vestimenti ejus. Sed illam in Veste Aaronis aperturam, quâ Collum Aaronis injiciebatur, Traditio Thalmudica habet, oleô Frontis infuso, figuram literæ Chi. X manu manu garantis fuisse expictam, Quod auctoritate cujusdam Rabb. Manassis adfirmatur. Abarbanel ait: non X. Sed K. Frons Pontificis adpictum fuisse. Verum illud K. Abarbanelis est ipsum X. unde Abarbanel literam X. adpellat Kaph. Græcum. Quia Hebræum Kaph adspiratum eandem habet Vim et potestatem. Idem Thalmudici

mudici memoria prodiderunt Reges inaugurandos unctos fuisse in fronte figurâ literæ ס ut sic forma, corona quadantenus in fronte Regis exprimeretur. Alii existimant, Pontificis fronti, non Græcam literam sed Hebræam debuisse adpingi in sacra unctione, quia Pontifex ille non Græcus, sed Hebræus fuit. Ergo ad pictum fuit fronti Pontificis duplex Kaph. taliter ככ dorso sibi invicem obversum. Quod duplex Kaph obversum æquipollet, respondet Græco X. In illa literæ duplici, atq; obversa sibi Kaph כ allusum censet Cl. Vitringa ad Vocem כהן Sacerdos, eamq; literam geminatam fuisse, inversaq; positurâ locatam, ut discrimen evidentius appareret, inter Unctionem Pontificis et Regis. Regis interim fronti inter ungendum adpingebatur litera ס. Atq; hæc est ratio, cur duplex כ Kaph. dorso sibi sit obversum, non vero cornubus, nam si cornibus obversum fuisset, tum efformata fuisset figura ↄↃ, et tum figura illa proxime accessisset ad figuram ס. Regis fronti adpingi solitam, sicq; nulla fuisset distinctio inter Unctionem Regis, et Pontificis, Atq; hæc est conjectura Cl. Vitringæ in observationibus ejus, Lib 2. Cap. 15. Si cui subtilius, quid in mentem venerit, id proponat, ut idem Vir politissimus ait:

Quoniam autem duplex כ Kaph adpingi sit solitum fronti Pontificis M. cuivis facile clarum est, hac ipsa notatum fuisse Augustissimum

Pontifi

Pontificis Maximi Titulum, quô ille insignitus
est, כֹּהֵן כֹּהֲנִים Sacerdos Sacerdotum. Verum
tota haec Traditio Thalmudicorum de duplici
litera ד Fronti Pontificis Maximi adplingi so-
lita, est nullius momenti, nullogq fundamento
nixa! Mirum igitur est, plurimos e Christianis,
non tantum fidem adhibuisse huic Judeorum
Commento, Verum etiam Crucis a Cto perpessa
mysterium per literam duplicem ד vel per
ת Thaeum, jam ab olim adumbratum credidis-
se. Ita Schickardus aliiq complures instituunt,
ac Si Pontifex Maximus, qui Typum Cti Dni
gessit, unctione quoq sua, cum Caractere in ver-
ja litera ד Kaph, Crucem Cti in Fronte sua ex-
pressit, quoniam tota haec Pontificis unctio ex-
terna alterius rei Spiritualis Typus exstiterit.
qualem unctionem pra consortibus suis habuit
Ctus Dns Psal 45. 8. Auctor noster § 5. ita
de hac re opinionem suam aperit. Nec Vide-
tur esse ratio, cur haec Judaeorum Traditio reji
ci debeat, imprimis quum adversus Judaeos
pro Cruce Cti urgeri possit. Fatendum est haec
conjectura nihil hominis Ctiano suavius esse
posse, Si modo Solide probari posset, frontem
Pontificis Maximi unctam fuisse ad formam
Crucis, Sed quum hoc probari, nulla ratione

possit

possit, Sane convenit hoc, quod in Unctione Pontificis Crucis Xti forma representata sit. Certe Mysterium Crucis Xti, quod aeterno et inconcusso Stabit fundamento, fictis et frivolis id genus Argumentis plane non indiget. Imo ejusmodi armis uti magis obest Cruci Xti, quam prodest.

Quantum ad Materiam seu oleum unctionis, quo Pontifex Maximus ungi Solebat de eo agit Auctor § 6. Componebatur hoc oleum ex quatuor aromatum Speciebus Exod. 30. 22. 23. Sil Myrrhae, Cinnamomo aromatitio, Calamo aromatico, et Casiae. Quorum aromatum Succi in oleo videntur macerati, expressi. Rabbi Majmonides ipse Sic modum olei praeparandi edisserit: Moses Magister noster in Deserto oleum unctionis Sic praeparavit. Myrrham, Cinnamomum, Casiam, et Calamum odoratum redegit in pulverem, quem mox aqua dulci, purae, immisit donec omnis aromatum Vis extracta fuit. Deinde infudit olei olivae Hinem seu Logos 12. Quantum 12 ova Palinacea caperent, oleumque mox igni imposuit tam diu coxit, donec aqua exhalaret, et Solum oleum maneret. quod oleum Vasi impositum, ac posteritati reservavit. Dicit Auctor. Misera Judaeos de hoc oleo narrare. (*) Sil. a Mose non plus olei confectum fuisse, nisi quantum mensura Hin capit. Hin autem juxta nostram mensuram non plus capit, quam Tres quartarios juxta

דרור vel מר
סם.
קנמון בשם
קנה בשם
קדה

juxta Judæos 12 Logos, quod eliciunt ex Exod. 30. 31. ubi occurrit ⁊ oleum Sacræ unctionis erto mihi. ⁊ hoc, ubi Vocabulum hoc exprimitur duabus literis Scil. ⁊. atq; ⁊ notat 5. 5 autem notat 7. jam 7. et 5. faciunt in additione 12. unde eliciunt Judæi, oleum illud fuisse Logorum 12. Seu Hin unius. (*) Fradunt præterea licet exigua admodum olei hujus quantitas fuerit, ea tamen per multa Sæcula providentiâ ac Vi Divina fuit conservata. ad plurimas unctiones peractas. Quemadmodum oleum illud, quô Primus Rex Franciæ Clodoveus, qui opera uxoris Suæ, Scil. Clotildis ad Religionem Xtianam illectus, unctus est Aô Xti 475. hodiè adhuc dum adservatur in Urbe Remensi, eadem in ampulla, quæ tunc parata est, oleum illud tunc confectum est Scil. Aô Xti 475 tamen hodiè quoq; durat, et Reges Galliæ semper ex illo olio unguntur, tamen nunquam defecit oleum. ubi anilem Historiæ prodigium ingenio ad esse Sommiant. Sed nullum est, nam illud oleum Semper augetur alio oleo, i.e. ex oleo illo, quod confectum est Aô Xti 475. in cuspide anni modicum excipitur, et alteri oleo immiscetur, Sic ergo per longa Sæcula durare potest. Ita oleum illud, quod a Mose confectum est, potuit sane per plurima Sæcula durare, si nempe per

Cuspidem

Cappidem acûs modicum inde demtum est, alterigz olei
inunctum, quoties Pontifex inungendus erat, ergo fru-
stra Iudeorum Magistri hoc ad miraculum confugiunt
Atqz hoc Oleô dicunt Magistri unctum fuisse Aro-
nem, omnesqz Pontifices ex Familia Aronis Succes-
sores ejus, usqz ad aetatem Regis Josiæ. Rex tandem
Josias Sacrum hoc unguentum una cum Virga Aro-
nis cum Arca F. cum Urim et Thummim, cum re-
siduo Mannæ recondit in Subterraneo quodam
Templi fornice, Quem Salomon hac fini edifica-
rat. Dicuntqz Sacrum hoc Unguentum, et reliqua
instrumenta memorata post tempora Josiæ nul-
lius hominis conspectui patuisse, imo Iudæos ex
Babylone reversos, et Templum Eum ædificantes,
hæc omnia Instrumenta in Templo Eo non re-
stituisse. Verum Sentiunt Magistri, hæc omnia
Instrumenta demum a Messia revelanda, Iudaïs-
que restituenda esse. Hæc omnia, quam sint nu-
gatoria, quisqz videre potest. Contrans est Iuda-
orum opinio. Oleum hoc ab ipso Mose esse con-
fectum. Sed quia Exod 37. 28. expresse dicitur:
Oleum hoc a Bezaleele esse confectum. Videtur Sen-
tentia Iudeorum hoc Sensu capienda esse. Quod
præsidente, et adnuante Mose, confecerit Bezal
et hocce Unguentum.

In hac porro Inungendi Solemnitate objici-
tur haud levis momenti Scrupulus. An Sil
hoc olei Pontifices tantum Maximi Sint uncti
vel

vel etiam gregarii Sacerdotes. Plerorumq; est Sententia, non tantum Pontificem M. Sed etiam gregarios Sacerdotes eodem honore ungendi fuisse adfectos, et quidem eodem modo et gradu quo Pontifices Maximi Sunt adfecti. Idq; proba. re contendunt ex Exod. 30. 30. Aronem et filios ejus inunguto. et 28: 41. Aronem et filios ejus investies, et unges eos. Addunt luculentissimum Testimonium Exod 40. 15 Unges Filios, quemadmodum Patrem unxisti. Hæc Argumenta dubitandi locum vix relinquere videntur, imo Videntur Solide adstruere opinionem illam, quâ putatur non tantum Pontifices M. Verum etiam eorum Filios, et consequenter omnes Sacerdotes gregarios, Solemnis hujus unctionis honore nactatos fuisse. Verum ab altera parte Sunt rationes adeo Solidæ ut ĳs rite perpensis, Sententiam contrariam ultro amplecti nemo addubitet.

(+) Primo Quia Soli Pontifici Maximo adtribuitur Titulus. Unctio Sacerdotis, Quo Titulo a Fratribus Suis distinguitur Lev. 21. 10 הכהן הגדול אשר יוצק על ראשו שמן המשחה Cujus capiti infusum est oleum Unctionis. Hanc tamen rationem ita eludere conantur partes adversæ. Pontifex M. ideo etiamnè adpellatur Sacerdos Unctus, Quia non tantum Aron, Sed etiam omnes Pontifices Max. post Aronem Solemniter ungi debuere, atq; adeo Unctio Pontificum Maximorum Subinde

repeti

repeti debuit, et recentari, quoties Pontifex creabatur. Sed vero Sacerdotes Iregarii semel tantum uncti sunt, non repetita eorum unctione, eorum Filii enim non ungebantur. Filii Aronis, qui representabant Iregarios Sacerdotes, uncti sunt semel, non amplius. atq; hac est ratio, cur Pontifex M. dicatur in Emphasi Sacerdos unctus. et a Patribus Suis unctione Sua distinctus. Subterfugium hoc esset plausibile, nisi accederent aliæ quoq; rationes, quæ in hac opinione pedem nos figere non sinunt. Etenim

(+) Quum Moses adcurate exequitur omnia, quæ in Arone, ejusq; Filiis inaugurandis erant necessaria Exod. 29. v 7mo in Arone inaugurando diserte monet. Aaronem esse ungendum Sacro oleo. At ubi jam v 8 et 9. ad Filios Aronis inaugurandos pergit, ne minimam quidem mentionem unctionis Filiorum Aronis injicit. Ita Lev. 8. 13. In Filiis Aronis inaugurandis ipsam unctionem silentio negligit. Quod sane non fecisset Moses, si Filii Aronis quoq;, et per consequens Iregarii Sacerdotes quoq; eodem unctionis honore fuissent adfecti, quo Pontifex M.

Ex his igitur Rationibus colligere licet, Testimonia illa S. Sacra, quæ Unctionem Iregariis Sacerdotibus vindicant, exponenda esse non de Unctione, Sed de aspersione tantum hujus olei Sacri, commisti cum Sanguine Sacrificati, Quo Sacro oleo Sanguine vini misto, ipse Aron, ut Pontifex M. Filii ejus, omnesq; Sacerdotes Iregarii, cum omni Suo instrumento,

Cultu

Cultu, et ornamento, Solemniter fuerunt Sanctificati, et Altari Numinis dedicati. Consulatur locus Exod 29. 21. ubi peculiaris hic ritus luculenter exponitur. Ergo cadit opinio, quod Sregarii Sacerdotes in V. Stô uncti fuerint. non fuerunt Uncti Sregarii Sacerdotes, nisi tantum aspersi.

Quantum ad Tabernaculi, ejusq; Instrumentorum Sacrorum, Altaris item, et Lavacri enei Unctionem attinet. Multi putant ex Exod 40. 9. Tabernaculum, Instrumenta ejus Sacra, Altare et Lavacrum aeneum, hac oleô Sacrô inuncta fuisse, quo Pontifex Max. Solebat ungi, Sed rectius contendum est, Hac omnia aliô oleô fuisse uncta, non eo, quô Pontifex. M. ungi Solebat. De Regum unctione tradunt Judei; Reges Izraelis unctos fuisse oleô opobalsami, Sed Reges e Gente Davidis oriundos oleô Sacrô Unctionis, quo Pontifex M. Unctos esse. Eodem oleo dicunt unctos fuisse etiam Sacerdotes Feriales, seu Castrenses, Quos iterum quam precario dicantur a Judeorum Magistris, ex hactenus dictis liquet.

Quoniam Pontifex M. Quatuor Partibus Cerimoniarum Solebat inaugurari, Scil. Lotione totius Corporis, Unctione Frontis. Indutione Vestium Pontificalium et Sacrificiis offerendis. Non levis momenti Quæstio instituii potest Scil. Quia Sub Templo Edo, imo inde a temporibus Josiæ Regis defuit Sacrum oleum unctionis, quomodo potuit ipsis temporibus Pontifex inaugurari

augurari quatuor illis Cerimoniis? Resp. Iudæi illis temporibus non nisi tribus tantum Cerimoniis inaugurabatur, Pontifex M. Scil Lotione, Indutione Vestium, et Sacrificiis ase offerendis, unctio vero istis temporibus neglecta est, unde dicunt: Pontifex M. istis temporibus non peregit Junctionem illam, quæ Sacerdoti uncto præscribitur, nempe oblationem Juveni pro Peccato Suo Lev. 4. 3. R. Meir tamen censet, Juvenem illum, oblatum sibi se etiam a Pontifice non uncto, Sed Sola Vestium Indutione inaugurato.

(4) Quarta et novissima inaugurationis Pars erat Exercitium Muneris Sacerdotalis, Quod constabat in Sacrificiis offerendis, complures Victimas immolando debebat quippe Pontifex M. Sacrificia offere, tunc, quum ad Pontificatum inauguratus est. Rem hanc Divinam Lusius exequitur, Suaq; Serie percenset Moses Exod Cap. 29. et Lev Cap. 8. 14. et Seq. cum v. 18. et 22. erantq; Sacrificia illa Juvencus, duo arietes, Panes azymi, Placenta, et Lagana. ubi inter alia memoratur Aries impletionum, Seu Sacrificium impletionis, cujus cruce dextra Pontificis Aronis auricula, dextræ manus pollex, et dextri pedis pollex perlitus fuit. Cujusq; arietis frustra resecta, cum Pane, Placenta et Lagano corbi imposita, inter manus Aronis a Mose ipso Solemnitatis hujus Præside commovebantur, agitabanturq; in Sex Cabi partes Exod 29. 24, 27, 28. Hunc Cerimoniæ tam ita erat Religio et auctoritas, ut inde universa

hæc

haec inaugurationis Solemnitas denominationem Suam traxerit. Apud Samaricos indidem Nomen habent Septem dies impletionis, Hinc nata apud Hebraeos elegans gemmula: Implere manum Sacerdotis. i.e. aliquem Sacerdotio conseerare Exod 29. 9 Et implebis manum Aronis, et manum filiorum ejus. Num 3. 3. Hae Sunt Nomina Filiorum Aronis, Sacerdotum unctorum, quorum manus Moses implevit ad Sacerdotium. Vide locutiones hujus Sil. implere manus Sacerdotis, i.e. Sacerdotem creare, plura exempla ut 1 Reg. 13. 33. Ezech. 43. 26 & Alij Similibusq; S. Sacerdotis, Significat loeis. Implere manus aliquem Sacerdotio conseerare, in manus enim inaugurandi Sacerdotis certae partes Sacrificiorum imponebantur, Sicq; adeo hac ritu, is in manus Sacerdotale immittebatur, ac in eo plenissime confirmabatur. Atq; his Quatuor Cerimoniis Sil. Lustratione unctione, Vestium indutione, et Sacrificiorum oblatione Solebat Pontifex M. inaugurari in Pontificatum.

Hactenus perstrinximus ea, quae ad exteriorem horum rerum cognitionem Spectant. altius nunc penetrandum est, et interiora earum rerum potentia investiganda. ubi tamen

Vela

vela non effuse pandemus, Sed cursum corripientes Summis rerum fastigiis ita delibandis, ut inde uberrimarum meditationum ansa suppeditetur iis, qui ingenio et acumine pollent, Sic autem hic versabimur, ut tandem subjungamus Mysterium inaugurationis minorum Sacerdotum, ne caput et membra divellantur, Sed eodem honore amicta conspiciatur.

(o) Primo detinebit nos Purgatio. seu Lustratio Pontificis M. ex Lavacro aeneo. Quâ ut obiter et cætera obscura hic ostendam, Significatum est, Pontificem nostrum Jesum, non tantum omnis labis et macula immunem fore, Sed etiam Sacro baptismatis fonte aliquando tingendum, ut suis exemplum præberet, atq; ipso merito, hujus Submissionis Suæ forte Regenerationis aperiret. Simulq; ut constaret Eum Sanctificatûs honorem, et Majestatem non involasse, neq; temere sibi arrogasse, Sed divina auctoritate sibi traditam ac commendatam suscepisse. Ad minores Sacerdotes N. Ti et familiam Aaronis nostri Jesu Chi, si cogitationem transferamus in animum oculos sponte sua incurrit, Cerimoniâ hac lavationis Pontificis Maximi adumbratum, expictumq; fuisse baptismum, non tam exteriorem, quam interiorem, quo labis et labis nostræ macula deponitur, et eluitur, quod verbo nunc monuisse sufficerit.

(oo) do Adurationem operam requirit Cerimonia Vestium Sacerdotalium, in omnibus enim Partibus Vestium, Pontificis M. Sublime quiddam et m

et magnificum resident, tum respectu Dei, tum respectu fidelium N. Te. Agendum itaq; de Vestibus Pontificalibus (x) In Genere (xx) In Specie.

(x) In Genere § 8. Vestes Pontificales erant (ϕ) Albæ seu Lineæ, Strictæ sic dictæ, a quibus omne aurum, omnisq; Color, Variegatus ob erat. (ϕ) Vestes Pontificales erant aureæ, quæ vel ex auro constabant, vel aurum sibi adpensum intextumq; habebant.

(ϕ) Vestes albæ seu Lineæ Pontificis erant, Quatuor. Femoralia, Tunica, Balteus et Tidaris. ab his Vestibus ab erat aurum omne, color et omnis, Hisq; indutus Pontifex M. totus albus candidus et liniger incedebat Has Vestes lineas induebat Pontifex M. die magno expiationis anniversariæ, quum Sanctorum ingressurus erat, ut liquide patet ex Lev. 16. 4. Tunicam lineam Sanctam induet Pontifex M. et Femoralia linea erunt super carne ejus, et Baltheo cingetur lineo, et Tiara linea caput ejus involvetur Hæ Sunt Vestes illæ lineæ albæ, quas Thalmudici unanimi consensione celebrant. Dicunt Judæorum Magistri, Pontificem M. his Vestibus lineis, non nisi semel in Vita Sui fuisse indutum, Sc. in magno illo die Expiationis anniversariæ, quum Vestes aureæ post ministerium illius diei, in eodem loco servarentur. Semel autem tantum Pontificem M. hisce Vestibus albis indutum esse in

tota

rota ejus Vita colligunt. ex Lev. 16. 23. Postea exuat Aron Vestes lineas, et relinquet ibi. Illudem Iudei cen sent Pontificem M. hisce Vestibus albis seu lineis, tum etiam indutum fuisse, quum Vaccam Rufam cremari debebat.

Viri in Philologia celebres, hic in diversa abeunt Sunt qui contendunt: Pontificem M. non lineis, sed aureis Vestibus fuisse indutum tunc, quum S Sanctor ingredi vellet. Est haec opinio Vetustissima, et jam ipsum Hieronymum acerrimum habuit Patronum, a que Propugnatorem. Qui contendit: Tintinabula aure ideo Pontifici Maximo fuisse adpensa, ut is S Sanctorum ingressurus, totus quantus Vocalis esset, mortem certissimam obiturus si secus faceret. Nec vero auctoritate S Sacra, Thalmudicorum consensione, Sacrorum Rabbinorum, ut Josephi, Philonisq; calculo mox, pronunciamus: Pontificem M. positis aureis Vestimentis, lineas induisse Vestes, quum S Sanctorum ingressurus erat, magno Sil. et Religionis die Expiationis anniversaria

(†) Vestes Pontificis Maximi erant aureae Quae fuerant numero octo. Femoralia, Tunica, Baltheus Cidaris, Pallium, Ephod, Pectorale et Lamina, cum Corona aurea. Quatuor harum Vestium Sil. Femoralia, Tunica Baltheus et Cidaris erant communes Pontifici M. et Sacerdotibus reliquis. Quatuor autem Sil. Pallium, Ephod, Pectorale et Lamina cum Corona aurea erant Pontif. M. propria

(**) Ad

(**) do igitur agendum in Specie est. de hisce Vestibus Pontificalibus, ubi (*†) Primo Sub manum Veniunt, Vestes albae Seu Lineae, (*‡) Vestes aureae.

(*†) Quantum ad Vestes albas §. 9. Vestium albarum notari debet (v) Materia (vv) Species.

(v) Quantum ad Materiam ea erat בד ie. Linum. unde Lev. 16. 23. adpellatur בגדי הבד Vestes lini vel lineae. A Colore adpellantur בגדי לבן Vestes albedinis, vel albae, Ait Aucor hoc בד distingui a lino vv Vestium aurearum. Exod 28. 5. 6. et probabile est Linum בד pretiosius fuisse lino vv ratione artificii, Quô contextum erat, Quod plurima, imo omnia, quorum usus requirebatur magno die Expiationis erant pretiosissima. Imo Thalmudicorum ex Sententia, Linum hoc בד, non tantum quod ad artificium, Sed etiam quod ad Materiam antistabat lino vv dicto. Quippe linum בד fuit linum Judicum et Pelusiacum quô nullum unquam linum est pretiosius. Perhibent Thalmudici: Pontificem M. Duplices habuisse ejusmodi Vestes albas, adeo, ut magno die Expiationis mane alias, Vesperi iterum alias Vestes indueret Pontifex: Hae de Materia Vestium albarum.

(vv) Species earum, quod attinet Ad eas (·) occurrunt Femoralia, ea duali forma בדים expriminntur, ob duas Partes, quibus constabant

constabant. Quippe Femoralia, si pertica adpendatur duplicem praebet Partem, referens formam Veteri militari
Exod 28. 42. ועשה להם מכנסי בד Et facies eis Femoralia lini. alias adpellant Bracca. Sacris περιζωκελη
quibus nuda Caro, a lumbis vel a Pectore usqs ad genua regebatur. Habebat ligamenta linea, quibus arctiorem vel laxiorem aperturam commodare poterat, pro ratione Crassitiei Corporis.

(..) Secunda Species Vestium albarum erat כתנת Tunica. Exod 28. 4. Induebatur Supra Femoralia, Corpusqs regebat, a Collo, usqs ad talos. Vestis haec rotunda, undiqs clausa, manicata, ut commode indui posset. Circa Collum magnam habuit aperturam, ut Caput facile inseri possit, instar Stolae muliebris, ligamentis tandem constringi poterat, ut ita Collum, et Scapula undiqs contegeret. Habebat fundas seu fossulas angulares sibi intextas, quae referebant formam Stomachi animalium Ruminantium, Quod genus Medici Vocant Retinulum. Fuit praeterea Tunica haec: uti et Pallium Femoralia, absqs Veste Pontificali: Tota textilis, absqs Sutura, absqs ullo acus Vestigio, absqs fibulis, et absqs ullo nexu confecta. Huiusmodi erat etiam Tunica Ext. Ioh. 19. 24. adpellata ἄραφος inconsutilis Vid. Cl. Brauninum De Vestitu Sacerdotum Lib 1 Cap. 16. ubi prodiit Vir Doctus huiusmodi Vestem Sacerdotalem depictam curatissime, e cultis enim ejusmodi Vestes Vir

Cap. I. De Pon
Virtille Doctus usurpa
landos allata erat.
is Balthaeus num
is אבנט Quô Tunic
cinxa Pectus, hinc en
ge, Pontifices M. et
altius se Succingere
bus et dia, et fere
lulum infra citatas
admodum Johannes
cultum conspicatus
vellata amictum.
Vestium Apoc 1. 13.
inde videtur profla
Balthaeus cingeret,
steris provocato.
contraherent. Simil
Aegyptios delineavi
Hic Balthaeus
generis, Vel pure
ma et candidissima
cho cingebatur P
se Sepe, vel ex
Variis figuris, flo
Variegatum Balth
indues, imo et
Aureas induere
Longitudo
fuit 32 Cubitor

Vir ille Doctus usurpavit, quæ ab Indis ad Hol
landos allata erat.

(::) Baltheus nunc est Videndus, dictus Hebræ
is חגור Quô Tunica laxior constringebatur
circa Pectus, hâc enim in transcursu tenendum
est, Pontifices M. et omnes Sacerdotes Hebræos
altius se Succingere fuisse solitos, non circa lum-
bos, et ilia, ut fere nostri mos habet. Sed pau-
lulum infra axillas ad medium Pectus, Quem-
admodum Johannes Dominum, Pontificaliter
exultum conspicatus est, talari Tunica, eaque
Ocellata amictum. Zonagς aurea ad Papillas
Vestium Apoc. I. 13. Hi circumcingendi ritus,
inde videtur profluxisse, ne si medium Corpus
Baltheus cingeret, Sudore inter laborem minis-
terii provocato, Sacra Vestes tetrum odorem
contraherent. Simili plane cinctu Sacerdotes
Ægyptios delineavit Apuleius.

Hic Baltheus Pontificum M. erat duplicis
generis, vel pure pute Lineus, ex Subtilissi-
ma et candidissima byssο constans, Quali Bal-
theo cingebatur Pontifex M. decimo die Men-
sis Tisri, vel ex Lino et lana simul constans,
Variis figuris, floribusqς textus. Ejusmodi
Variegatum Baltheum habebant reliqui Sa-
cerdotes, imo et ipse Pontifex M. quum Vestes
aureas induere solebat.

Longitudo Balthei, tradentibus Magistris
fuit 32 Cubitor. adeo, ut Corpus Pontificis

10

co Scepius cingeretur, duas extremitates ad talos usque
demittebat ornatus causa, quum Sacris operam non
dabat. Verum quum circa Sacra operabatur Pon-
fex, tunc fines Balthei extremos ad Sinistrum hu-
merum trajecit. ut commodius Sacris vacare posset.
Josephus et Hieronymus latitudinem Balthei describun
4 digitorum, alii trium duntaxat. Ad hae refert Jo-
sepho in Antiq. Balteus erat intus cavus, instar
Crumenae seu hipopere vel bulga, ubi do reconditi
porest. Cujusmodi Zonas seu Balthea Veteres Sa-
cra gestare solebant, ubi etiam Pecunias recondebant, Tales Zonas seu Crumenas Veteres Judaeos
quoq; gestasse patet ex Thalmude Berach. 9. Ne
ingrediatur montem Templi cum baculo Suo, nec cu
Calceis Suis, nec cum ISTIJS Crumena Sua. ubi Ra
ja Vocem Pondato exponit per Cingulum Cath
ubi Pecunia reponi Solet. Huc Dnus alludit
Matt. 10. 9. Ne comparate aurum argentum e
es in Zonis Vestris coll. Marc. 6. 8.

(::) Quarto Sequitur Cidaris seu Tiara, qu
nihil aliud erat, quam Fascia quaedam linea
seu byssus aliquot ulnarum. quae in gyrum c
torta Caput Pontificis cingebat, instar Pileo
eratq; ut hodie Fulbant Super Capite Turcarum
Hebreis adpellatur ISIJJS Josepho Cidaris ha
audit Trivix Fascia. Longa fuit 16 Cubitos, u
Judaei tradunt. Ita autem cingebat Caput
ut a

ut antia Seu Capilli Pontificis anteriores deorsum pendentes eminerent, Ut vero tenacius Capiti inhæreret, fascia quadam Sub. mento, ligata adstringebatur Capiti. Nititur sine dubio hæc opinio auctoritate S. Sacræ Exod 29. 9. et Lev. 8. 13. Adligabis Sacerdotibus Tiaras. Tremq; Verbis Josephi: Adaptetur accurate Capiti cidaris ne inter Sacrificandum delabatur. Sed Vix e. jusmodi ligamento opus erat, quum Cidaris illa longa tanquam fascia multiplici tortura, ita Capiti Pontificis adaptari potuerit, ut non facile inde cadere posset, interim placeat cuivis credere, Cidarim ligamentis Capiti Pontificis adstrictam fuisse. Cidaris Pontificis M. distingueabatur a Pileis reliquorum Sacerdotum, nam Cidaris Pontificalis erat depressior humilior, et vix frontem tegebat. Sed Pileus reliquorum Sacerdotum erat altior, et instar collis acuminato fastigio surgens. Atque hæc de Limis Vestibus Pontificis M. dicta Sufficiant.

(⁂) Transitum faciam ad Vestes Pontificis aureas, quas quotidie induebat Pontifex M. quum Sacris operam dabat, aut in ipso Sancto Deum per Urim et Thummim consulebat. Antequam ad Species harum Vestium manum admoveremus. oportet quedam in antecessum notare, Scil. Dicta ha Vestes Sunt aureæ, non ideo, ac Si omnes illæ Vestes auro relucissent, Sed quia

Quamor

Quatuor ex illis erant aurea. Octo enim fuerant Vestes Pontificis M. quæ Solemni Vocabulo כלי קדש Vestes aureæ vocabantur. Scil. Femoralia, Tunica Talaris, Cidaris, Pallium, Ephod, Pectorale et Lamina. Quatuor ex his erant aurea. Scil. Pallium, Ephod, Pectorale et Lamina. Quatuor vero priores. Scil. Femoralia, Tunica Talaris et Cidaris, nihil prorsus auri continebant, usu tamen recepto omnes illæ Octo Vestes dicuntur. כלי זהב. Vestes auri, vel aureæ. Ita Vulgaris loquendi mos hodie quoq; Viget. Totus hic auro refulget, totus auro Vestitus est. Quum tamen, una tantum aliqua Pars Vestium illius sit aurea. Ad rem igitur si loqui velis, dicendum est, Quatuor duntaxat fuisse Vestes Pontificis M. aureas, ea usu loquendi tamen omnes aureæ dicuntur. Quæ revera aureæ erant, ea, vel Solido auro constabant. ut (.) Lamina vel Solidum aurum habebant adpensum. ut (:) Pallium Tintinabula ex Solido auro confecta habebat adpensa, vel filo aurea habebant intexta (:) Ephod (:) Pectorale.

Nunc jam Species Vestium aurearum percensendæ veniunt. Ut Statim monui Quatuor earum Vestium, omni auro prorsus carebant. Scil. Femoralia, Tunica Talaris et Cidaris, eranque ea communes cum Regariis Sacerdotibus. Distinguuntur vero hæ Vestes auro carentes ab illis Pontificis M. Vestibus albis, de quibus Supra egimus, quarum Solo magno die Expiationis indere debuit Pontifex M. Quippe Vestes illæ alb

qu

quas magno die Expiationis induebat Pontifex Maximus, abqz ullo colore erant omnes candidissime, Sed hæ, quas quotidie Sacris operam daturus, induebat Pontifex M. non erant puræ albæ et candidæ. Verum quoniam jam Quatuor illas Vestes inter aureas relatas ex usu Scil: Feminalia [Seu Femoralia] Tunicam, Baltheum, et Cidarim. Supra descripsimus, iis describendis nunc non immoramur. Ergo transitum facimus ad Vestes Quatuor Vere aureas, Quæ unicè Pontifici maximo erant propriæ Scil: Pallium, Ephod, Pectorale et Laminam.

(ℓ) Primum gradum hic occupat Pallium de quo præcipitur Exod 28. 4 et 31 Et facies מְעִיל Pallium. De materia ejus nihil jubet ipsa lex. monet duntaxat illud fieri תְּכֵלֶת totum hyacinthinum hæ. nostra observatione Cæruleum. i.e. Colore mari aut Cælo Simili. Probabile tamen est materiam Pallii hujus fuisse lanam. Quod ad Formam ejus concordibus Philologor. calculis constat, Pallium illud fuisse rotundum i.e. totum circulum referens, ut nostrum Pallium esse Solet, marginqz caruit, erat interim undiqz clausum, Corpus undiqz ejens, Ut tamen indui possit, in Summitate habuit aperturam, ubi Caput inseri possit, atqz hæc Pallii apertura, adpellatur os Vestis Aronis, qhô oleum defluxit de barba Aronis Psal. 133. Ad latera vero habebat fo.

ramina

ramina, ubi brachia exseri possint. Non ultra quam
ad genua tantum, vel ad crura, non vero ad talos p
tigisse porro contendunt. Philologi. Dicuntq; ergo Pal
tium illud fuisse duntaxat Iunicam arctiorem ad
genua, vel ad crura pertingentem. Ita quoq; p
figiem hujus Pallii delineant Philologi, ut nuper
tim breviter illud enarravi. Verum hac opinio
Severius examen nunquam sustinebit. ea enim pu
nat cum Veterum Iudaica Templi Doctorum t
ditione, nec, quod majus cum Testimoniis S Sa
concordat. (.) Veteres Iudeorum Doctores Pallium
Pontificale longe latius describunt, ac hodierni
Philologi putant, et ad talos usq; pertigisse con
dunt. (..) LXX Interpretes ἱξυς explicant per τ
δηξηρ i.e. Vestem talarem (:) Iosepho quoq; in
Antiq. Iud. Lib. 3. Cap. 8. Pallium hoc audit κιτ
ποδηρης Vestis talaris (::) Eadem est Sententia P
lonis Iudei Lib 3. de Vita Mosis. ubi ἱξυς hab
pro Pallio laxiore ad talos pendente (:.) Sed m
xime audiri debet Princeps Rabbinorum Majmo
nides. Qui in Constitutionibus de Instrumentis S
etuarii Cap 9. Sect. 3. hanc Pallii Pontificalis
dedit Descriptionem. Pallium hoc totum hyacinth
num apertum Superne, ut Caput inseri possit. n
lis manicis instructum, Sed divisum in duas ala
seu plagas, quae a collo ad talos defluebant, neu
quam commissuram habens, nisi circa collum. Ea
mente Celeberrimi hujus Rabbini, hoc Pallium Po
tificale

tificale, fuit Simile
tus plagis constan
ctus, alia autem ter
humeris quidem
aperta, quales esse
in tela Romana.
sua de Stola Sum
tie Majmonidis
er mente Majmon
lacum, ad talos
conjunctum, Sed
tum a Summo
firmare potest
28. 32, 33. ubi h
Eadem Vox occur
dit in Spiritu
strictio et ☐ש׳ו
cum ☐ש׳ו Vest
Graeca Vestis ext
quippe ☐ש׳ו
ac libere fluent
rentes, Qualis la
Pallia et Stola
litium, et delica
pam majestate
nificationem esse
sonte Arabico
is deperdita, A
mario Laaum, P

tificale, fuit Simile Palliis Quadratis, quae ex duabus plagis constant, ut ista Plaga, seu Pars una Pectus, alia autem tergus tegeret. Quae duae Plagae in humeris quidem committi solent, Sed ad latera sunt apertae, quales esse solent Diaconorum Vestes albae in Eccla Romana. Celeb. Altingius in Oratione Sua de Stola Summi Sacerdotis, huic Sententiae Majmonidis Calculum Suum adjunxit. Ergo ex mente Majmonidis, Pallium Pontificale fuit laeum, ad talos demissum, in humeris quidem conjunctum, Sed duobus lateribus plane apertum a Summo usqs ad imum. Quod ipsum adfirmare potest etiam Testimonio Sacro Exod. 28. 32, 33. ubi huic Pallio adscribuntur ☐ש׳ח׳ו Eadem Vox occurrit Esa. 6. ubi Vates Esaias vidit in Spiritu Dominum Sedentem in Solio excelso et ☐ש׳ח׳ו implebant Templum. ubi Vocem ☐ש׳ח׳ו Vertunt Interpretes per Fimbrias Orasqs Vestis extremas, Quod minus adcurate. Quippe ☐ש׳ח׳ו Significat lacinias, amplasqs ac libere fluentes Sinus. ipsamqs humum Verrentes, Quales lacinias habere solent trabeae Pallia et Stolae Regales, imprimis Stolae nobilium, et delicatarum Matronarum ad Pompam majestatemqs ostendendam. Hanc Significationem esse in Voce ☐ש׳ח׳ו patet ex Fonte Arabico, ubi Radix ח׳ו Quae Hebraeis deperdita, Arabibus conservata, notat primario Laxum, Pendulumqs esse. Item amplam Laudam

Caudam Syrmaq; post se trahere. Eadem potestas da
colligitur ex Sacra loco Thren. 1. 9. Neh. 3. 5. Ier
13. 22. Utiq; eadem potestas adsummi debet Esa. 6.
terum concipi nequit, quomodo totum Templum l
cinia Vestis Domini implere potuerint nisi intelli
gamus ejusmodi laciniae, et late diffluentes lac
nias. Quoniam igitur ללו vel in Plurali ם
frequentat Moses in describendo Pallio Pontifici
li, inde manifeste patet, per haec Pallium in
ligendum esse, non aretiorem Tunicam, Sed Stola
latissimam per humeros tergusq; Solutis laci
diffluentem.

Argumentum porro nobis Suppeditant Thalmud
qui asserunt, extremae parti Pallii Pontificalis a
pensa fuisse 72 Tintinabula aurea, totidemq; m
lograrata, ergo Pallium hoc debuit esse laxum, la
niisq; diffluentibus, caeterum illa Tintinabula
malograrata illius in laciniis collocari non po
tuissent, si Pallium hoc fuisset angustior tantum q
dam Tunica.

Addo denicq; Pallium hoc, hoc fini fuisse po
ratum, ut Pontifici regale decus et majestatem
adderet. ergo debuit esse laxis laciniis, ut ita ipsa
humum Verreret.

Quantum ad ornatum hujus Pallii, licet ho
ratum fuerit hyacinthinum. nullumq; aurum i
rextum habuerit. infimae tamen ejus orae fuerun
ornatissimae, illis quippe adpensa erant Tintina
nab

bula aurea et malogranata Exod 28. 33, 34.
Facies ad oras Pallii malogranata hyacinthi-
na, et purpurea, et coccinea, ad oras ejus
circumquaqs, et Tintinabula aurea inter illa cir-
cumquaqs. Tintinabulum aureum, deinde malo-
granatum, Tintinabulum iterum, deinde malo-
granatum, ad oras Pallii circumquaqs occurrunt.
hic (.) רמון ie. Malogranata, quæ explican-
se Jarchio erant Globi rotundi instar ma-
lorum punicorum, habebantqs magnitudinem
ovorum Palmaccorum. Erant hæc Malograna
ta lanea, filis nempe lanarum contexta, ca-
rebantqs omni auro, Vario colore, ut hyacint-
hino, Coccineo, et Purpureo singulari cum
arte picta erant, ut de Baltheo supra dixi-
mus. (.) In considerationem veniunt Tinti-
nabula, quæ Pallio adpensa erant extremi-
tati. Hæc ex solido auro fusa erant. ut so-
dici, Sic rem inſtituunt. Ut Deum conſulebat
Pontifex M Deum, de re aliqua, tum Hebræ
illæ litteræ, quibus 12 illis Gemmis inſculpta
erant 12 Tribuum Nomina, inſigni cum
fulgore, quaſi elevatæ Sunt, et litteræ quædam
præ ceteris, in aëra altius prominuerunt
et protuberarunt, ex ipſis 12 Gemmis. Ex. gr.
Judice 1. 1. Interrogabat Pontifex M. Deum,

Judam

Quenam Tribus ascenderet ex 12 Tribubus contra
naneum ad bellum. tum respexit Pontifex M. Sum
erorale, atq; vidit literas illas, quibus Tribûs Iudæ
Pectoralis in Gemma Nomen descriptum erat, pra
cæteris literis altius Surgere, et protuberare, hasce
nempe literas ותתנה tum certo scivit Pontifex M.
Populum reperre Tribûm Iudæ debere contra Ca
naneum ascendere ad bellum. Ira 1 Sam 23. David
Deum consulens Per Pontificem M. an iturus
ut percuteret Philistæos. Hoc responsum est Da
Ito et percutito Philistæos, hoc vero percepit
tifex M. Deum de hac re consulens, quod in ro
Pectorali duæ hæ literæ Scil. יה i.e. ito, pra
quis literis protuberabant. Felix vero responsu
hæ Scil. Percuties Philistæos Dabaturita, ut
Pectorali literæ hæ Scil: שת. ו שת. pra reliqui
protuberarint, quæ literæ Compositæ dant Va
שת ו שת Percuties. Si quis autem Thalmudicus
ponat. Quomodo conjicere potuerit Pontifex
literas illas protuberantes, hoc vel illo modo
bere disponi, et legi, Quæ in Pectorali dispers
protuberabant, Respondet Abarbanel: Litte
rales per Vices fuisse elevatas, Quo litera pri
mum elevabatur, ea litera in Ordine legendi
primo loco debuit collocari. Secundo proxim
rans litera, Secundo Ordine debuit legi, Sicq
Fa

faile res omnis
Thalmudicorum
per Urim et Th
sis, opinio Sa
ganum ad mag
dissime arguit
opinionem hæc
lex est. (o) Prim
sci M. respon
talesti quadam
eventum inspe
Virgâ eaq; ar
citâ respondere
(o) Priore
qui operose
benda esse pr
sci M. hisce
structo, Deum
ne, et Verbo
hanc Sentent
R. Kimchinus
dicus Sic loqu
auditio יהוה
es, qui fuit
tem Deum
Sententia Spe
naculo Spe

facile res omnis percipi potuit. Atque ha Sunt Thalmudicorum opiniones de Sortibus Divinis per Urim et Thummim editis, et caporatis responsis, opinio sane ridicula, quæ Gentis Judaicæ genium ad nugas nugacissimas natum, liquidissime arguit (3) Tertio jam Virorum Doctorum opinionem hic in medium proferam ea duplex est. (o) Prima Quod Deus consulenti Pontifici M. responderit, Revelatione interna, ejus cælesti quadam inspiratione rerum futurarum eventum inspiravit, (oo) Altera est; Quod Deus Vivâ eaq; articulatâ Voce, Sed Submissâ et tacitâ responderit Pontifici Maximo.

(o) Priorem Sententiam fovet Cl. Braunius qui operose contendit. Urim et Thummim habenda esse pro Symbolo S. Spiritus. Qui Pontifici M. hisce Symbolis Urim et Thummim instructo, Deumq; consulenti, quadam Revelatione, et Verbo interno arcanâ postulaverit, Instanc Sententiam directis calculis velificatur R. Kimchius. Qui in Commentario Suo ad Judices Sic loquitur: Edebant Responsum necessario auxilio רוּחַ הַקֹּדֶשׁ שֶׁהָיָה בְּכֹהֵן Spiritus Sancti, qui fuit in Sacerdote, per quem Sacerdotem Deum consulebant. Horsum et Magistrorum Sententia Spectat, qui tradunt: Strane Tabernaculo Spiritum Sanctum loquutum esse per Urim.

Urim et Thummim. Stante Templo 1mo locutum fuit Spiritum Sanctum per Prophetas. Denique Stante Templo 2do locutum fuisse Spiritum Sanctum per Filiam Vocis Seu per Vocem Celestem.

(00) Posteriorem tamen Sententiam calculo Suo firmavit juncta cum aliis Viris Doctiss. Celeb. Vitringa obs. Lib 6. Cap. 10. affirmatis ad Quaestiones per Urim et Thummim institutas, Vivâ Voce et articulatâ Pontifici M. a Deo responsum esse. Atqui haec haud placet Cl. Vitringa, Speneerum, licet nugas ejus probat, in eo tamen Subscribit Spencero, Quod ait Pontificii M. per Urim et Thummim interroganti Vivâ Voce respondisse. Duo Argumenta pro hac Sententia firmanda addunt. Cel. Vitr. (†) Modus Responsionis, respondere debuit modo interrogationis, atqui interrogatio per Urim et Thummim fuit Vivâ et articulatâ Voce, Ergo etiam Responsio. (‡) Modus responsionis per Urim et Thummim distingui debuit a Somniis, aliisque Revelationibus Divinis modis, uti a Visionibus, quae Visiones Prophetis obtigerunt, ut liquet ex 1 Sam 28. Non respondit Dominus Sauli nec per Somnia nec per Urim et Thummim, nec per Prophetas Prophetas Deus olim de arcanis Suis instruebat per Somnia, et Visiones, non aliter. atqui Revelatio arcanorum, consiliorumque Dei per Urim et Thummim, nec fuit per Visiones, nec fuit per Somn

Somnia, nec per arcanam quandam inspirationem,
Ergo aliter debuit esse, Scil: per Vocem Vivam et ar-
ticulatam, eam interim Supressiorem et demissiorem,
ita enim decebat et reverentia Numinis, id exi-
gebat, ut Pontifex M. /: tanquam intimae ad-
missionis Dei Minister :/ qui in privato Deum
consuluit, non Strepitante, Sed Supressiore Voce
uteretur, ita quoq; responsa acciperet, Scil: Voce
depressiore, non vero Stentoria, et elata ni-
mis, velut dum quis Solus erat. Quam in rem
ipse Majmonides Calculum Suum confert. Confer
huc locum 1 Reg 19. 11. 12. 13. Jehova transibat
et erat Ventus magnus et Jehova non erat in
eo. Post Ventum concussio, et Jehova non erat
in ea, Postea ignis, et Jehova non erat in eo.
Deinde audit Elias Vocem quietam, et lenem
atq; inde presentiam Dei cognovit. Ergo ex
his prona consecutione patet, Deum Pontifi-
ci Maximo Leni, et Submissa Voce respondis-
se, Quoties ipse Deum per Urim et Thummim
Voce Vivâ et articulatâ consulebat.

(☿) Tertio. Excutienda venit Quaestio. Ubi nam
debuit esse haec Pontificis M. cum Deo consul-
tatio? Pravissime hic offenderunt Veteres
qui consultationem hanc Pontificis Max.
contendunt, esse debuisse in S. Sanctor. Quod
condonari posset Epiphanio, aliisq; ut pote
in hisce Antiquitatibus, parum Subactis, imo
ne quidem leviter tinctis. Sed gravius re-

prehendi

prehendi meretur Magnus ille Antiquitatum Homer
Seil. Cl. Buxtorfius in Historia Urim et Thummim
lendum Sane eum, hic tam profundum dormitasse,
etiam hanc Consultationem Sancto Sancto adscrib
opinioni Sua omni fundamento carenti fulcrum
rit Buxtorfius in Exod. 28. 30. ubi jubet Deus
Urim et Thummim gestanda esse Super cor A
nis, quem ingredietur Aron תמיד לפני יהוה ante
em Dei, Quibus Verbis certe Buxtorfius
ri Pontificis M. ingressum in S. Sanctor, unde
ligit Consultationem per Urim et Thummim fie
in S. Sanctor. Sed Verbis illis designatur
ingressus Pontificis M. in S. Sanctorum, Verum
signatur Cultus Tabernaculi, vel Templi ordina
et quotidianus. Nihil enim in S. Sacra tritius
hac Phrasi: Adparere ante faciem Jehovae i.e.
parere in Templo, et rei divinae Vacare. Ingress
Pontificis M. in S. Sanctorum, semel tantum in
poterat esse, magno Seil Die Expiationis, an
sane non amplius, Sed Consultatio per Urim
et Thummim, quotidie debebat, et poterat fie
Quoties Seil. rei necessitas id ita exigebat.
sit Viri in Antiquitatibus nostris peritissim
auctoritas alios bene multos, Sed necessum e
Sententiam hanc Verbulo convellere. Certum
non Semper Solum Pontificem M. consuisse
faciem Jehovae, ut eum per Urim et Thumm
interrogaret. Sed non nunquam adfuisse Pontifi

præsentem etiam consultorem, qui nempe Pontificem M. consulebat, jam Vero Si consultatio hæc in Sancto debuisset peragi, inde sequeretur non tantum Pontificem M. potuisse ingredi in S. Sanctor, sed etiam alium hominem quemlibet, quô nil absurdius.

Cl. Braunius juxta cum aliis bene multis dd. firmat, Consultationem hanc debuisse peragi in ipso Sancto, ita tamen ut Pontifex M. Deum per Urim et Thummim consulens faciem Suam, verteret debebat versus Aream F. Seu Schechinnam, quæ erat in S. Sanctor Sed hæc opinio quoq; examen sustinere nequit, nam ita alius quoq; homo, non ex Stirpe Aaronica ortus, potuisset in Sanctum ingredi, si quidem ex mente Thalmudicorum Pontifici consulenti per Urim et Thummim alius sæpe homo adstabat. atqui Sanctum ipsum tam Religiosum erat, ut eo nemini ingredi fas erat, nisi Solis Sacerdotibus.

Illis igitur subscribimus qui censent; Consultationem hanc peractam fuisse in ipso Templi Sacerdotibus, et aliis quoq; hominibus ingredi fas erat, Hæc quoq; consistebat Pont. M. ante faciem Jehovæ, obs. Re ita exigente, consultatio hæc, poterat peragi etiam extra Atrium, et extra Templum. Ita legitima fuit Davidis consultatio per Urim et Thummim in Siklag 1 Sam. 30. 7. 8. Quum Sil. Amalekitas persequi voluit.

(⁂) 1o ostendendum est, Jus consulendi per Urim et Thummim Soli Pontifici M. fuisse pro-

prium

prium, non alüs Personis ullis. Quia Ornamen
Urim et Thummim Solus Pontifex M. gestabat, i
Sequitur Solum Pont. M. potuisse Deum consule
per Urim et Thummim, non alium quemquam
talium. Sunt tamen Viri Docti, qui hic nimi
quantum aberrant a Vero. (.) Cuneus De Repub
Hebraeor Cap. 14. ait; Regibus quoq; jus et fa
fuisse Ephodum induere, et Sic os Dei per Urim
Thummim consulere. (.) Ill. Brotius de Iure Sa
Cap. 6. Regum Potentiam circa Sacra arcuius,
dem fovet Sententiam: (.) Alterius progredi Sust
it, Episcopius Lib. 3. Institut. Theolog. Sect. 4
Cap 17. Ephodi administrationem extendem
ad quosvis Consulentes, ait; Etiam privat
homines potuisse Deum per Urim et Thumm
consulere, Quod absurdum: etenim consultat
per Urim et Thummim erat Semper de reb
Publicis, non Privatis, Ergo Publica Perso
esse debuit, qui per Urim et Thummim Deum
consulere potuit. (:) Spencerus Lib. 3. De L
bus Hebr. Dissert. 7. Sect. 2. moderatior est, d
cens: Ephodum quidem ad Solum Pontifice
M. Spectasse, Sed tamen Regarios quoq; Sacr
dotes potuisse Deum consulere, per Urim et
Thummim, Si nempe Pontifex M. morbô au
alia Sentica causa detentus fuisset, Denq;
nunciat: Reges quoq; jure Majestatis Sues sup
tur Urim et Thummim potuisse usurpare. S

S. S. Sacra loca penitius excutiamus, patebit, Consultationem per Urim et Thummim, non Privatis hominibus, non Regariis Sacerdotibus, non Regibus denique ullis, Sed Soli Pontifici M. fuisse Propriam. Id patet (v) Ex 1 Sam 30 7. ubi legimus Davidem, consuluisse Dominum, per Pontificem M. Abiathar. Quem tamen locum detorquent adverse Sententiæ Patroni, atq ad Suæ Causæ defensionem trahere conantur, dicentes. Ipsum Davidem hic Ephodō fuisse indutum, non Pontificem M. adeoq ipse David consuluit Deum per Urim et Thummim, non Pontifex M. Quod ut Docti Viri demonstrare queant, Verba Hebræa Davidis וַיֹּאמֶר דָּוִד אֶל־אֶבְיָתָר הָאֲחִימֶלֶךְ הַגִּישָׁה־נָּא לִי הָאֵפוֹד Sic convertunt: Adplica quæso mihi Ephodum. Cumeus hic totus quantus exultat, et Victoriam Sibi præmanibus gratulatur, dicens: aliter Verti non posse locum illum, Sed ita: Adplica quæso mihi Ephodum. i.e. indue me Ephodō. Sed obs. Rad. לבש et in Hiphil הִלְבִּישׁ nunquam notat Vestire vel induere aliquem Vestibus. Sicq adeo, in Vestitu nunquam Verbum illud reperitur. Ergo perperam hic a Cunæo redditur; Per induere Ephodō. Vera porro ejus Radicis לבש est Adpropinquare, ad proximare, unde in Hiph. הִלְבִּישׁ est adferre aliquid, vel facere, ut quid adproximet. Verba igitur Davidis Sic convertenda: Adfer quæso

quasi mihi Ephodum. Seu adfer pro me causa mei Eph-
dum. i.e. Tu Pontifex Abiatar, qui alias in Arg
Templi Soles Ephodum induere, et per Urim et Th
mum Deum consulere, nunc extra ordinarie, ex
strum quoq; adfer mei causa Ephodum, illud q
due, ac in causis meis Deum per Urim et Thum
consule (vv) Locus est illustrissimus, qui solus
fieit ad Cundi, aliorumq; Adversariorum hyp
sin debellandam Num 27. 21. ubi jubet exp
Deus; ut Iosua, quem tantum quod Ducem,
peratorem q; Israëlitarum Deus designaverat,
coram Eleazare Pontifice Maximo, ut Eleaza
Pontificem consuleret de Iudicio Urim et Th
mim coram Domino, et juxta Verba Eleaza
egrediantur, et juxta Verba Eleazaris ingre
entur, Scil. ipse Iosua Dux, et cum eo omn
raelitæ. Debilius est Argum. Speneeri 1 Sam
6. consuluit Saul Deum Sed non responsit
Deus, nec per Urim nec per Thummim, nec per So
nec per Prophetas. unde concludere rendit.
Saul ipse consuluit Deum per Urim et Thum
adeo non tantum Pontifices M. Sed etiam
alieq; homines Privati poterant Deum per
et Thummim consulere. Sed Speneerus h
nullum Præsidium habet, nam ut Verbo
neam. ipse Saul nunquam per Urim et Thum
Deum consuluit, obs Quod Regarii Sacerd
potuerint Deum consulere, per Urim et Thum

in hanc rem probandam adfert Speneerus locum Num. 31. 6. ubi Phineas filius Eleazaris Pontificis M. ranquam Sacerdos Pregarius profectus in bellum, et secum Vasa Sancta abstulit, ubi Interpretes nostri, cum Jonatha ne Targumista, Vasa hæc Sancta, quæ Phineas secum in bellum abduxit, interpretantur de Urim et Thummim, ut perea Phineas Sacerdos Pregarius Deum de rebus consuleret. Sed Resp. Locus hic est obscurior, et quid per Vasa Sancta hic intelligatur incertum est. Alii Aream F. intelligunt. Patet igitur consultationem per Urim et Thummim nulli mortalium fuisse concessam, nisi Soli Pontifici M. Vid Deut. 33. 8. Num 27. 21.

(ℵ) Quinto Subnectenda est, Cronidis Vice, Quæstio nobilissima: Quo nempe tempore usus των Urim et Thummim cessaverit, Hic iterum in diversa abeunt Interpretes (1) Sunt qui dicunt, longe ante Captivitatem Babylonicam. Sunt etiam qui dicunt: in ipsa Captivitate Babylonica cessasse (2) Sunt qui longe post Captivitatem Babylonicam usum των Urim et Thummim adhuc viguisse censent, et novissimis tandem diebus Reip. Jud. intercidisse putant, Posteriores illi Præsidium ponunt in Testimonio Josephi Antiq. Lib. 3 Cap. 9. ubi ita Josephus inquit: Desiit tum τὸ θεῖον i.e. יהוה Seu Pectorale, tum Sardonix i.e. duæ illæ gem-

me

me, quibus Pectorale firmabatur, defiere Gemmæ illæ
refulgere, antequam hæc Scriberemus, ducentis a
nis. Jam Vero Historiam Suam condidit Joseph
et emisit Aº 13. Domitiani Imperatoris, qui est
a Exto Annus 93. adeoq; circiter 100 Anni exibun
ante natum Exum, unde colligi posset: Oraculum per
Urim et Thummim cessasse ante Exti nativitatem 100 A
nis. Quando vero hæc Josephi Traditio aperta fron
pugnet, cum celebratissima Thalmudicor. Traditione
Tal: Quinq; illustria Pignora Templo 2do defuisse,
fquæ in Templo 1mo aderant:f Scil(1) Aream Fader
(2) Ignem Cælestem (3) Schechinnam Super Area F
(4) oleum Sacrum Unctionis, deniq; (5) Oraculum
Per Urim et Thummim. Variis modis Saragum
Viri Docti Traditionem Josephi cum Thalmudicis
conciliare (7) Non nulli Locum Josephi mend
Suspectum arguunt, (7) Alii putant Josephum
Veritatem Ipsorum Suppressisse, ut Gentis Suæ gl
riam extollat, Sed (7) Potior nobis Videtur opi
A. Vitringa Lib 6to obser. Cap. 6to qui adse
rit. Non repugnat in Josepho cessationem hujus O
culi per Urim et Thummim a longo jam obol
Sed gloriam et majestatem Pontificalem præcip
refulgentem ex Pectorali. h.e. ex Symbolis Dam
Prophetiæ, pectus Pontificis M. insidentis, et
raculoso lumine coruscantis, etiam illis tempo
bus adhuc, quibus jam Responsum nullum p
Urm

Urim et Thummim audiebatur amplius. Patissimum autem oculos intendere Josephum in Johannem Hyrcanum Regem simul et Pontificem M. qui etiam dono Prophetico fuerat nobilitatus. Quod donum post excessum Hyrcani cessavit, et defloruit.

Quod attinet eos, qui in Captivitate Babylonica terminum hujus oraculi constituunt, partim nituntur auctoritate Josephi Scriptoris partim Justiniano obliquo. Veterum Rabbinorum, qui causam extinctæ hujus luminis reperunt ex eo, Quod antiqua nominis Tetragrammati ΠΠΠ pronunciatio, in ipsa Captivitate Babylonica obliterata fuerit. Supra dixi. Cabbalistas per Urim et Thummim intelligere Laminam quandam auream, aut Gemmam, cui insculptum fuit Nomen ΠΠΠ antiquis cum suis punctis genuinis adfectum, jam quia Vera et genuina nominis ΠΠΠ pronunciatio in Captivitate Babyl. periit, tum etiam usus των Urim et Thummim periere debuit, quia Consultatio per Urim et Thummim absq genuina nominis ΠΠΠ pronunciatione esse non potuit. Sed nec Josephi, nec Rabbinorum Cabbalistarum auctoritas quidquam valet. Nam Josephi Scriptoris omnis auctoritas apud Sanæ mentis Criticos esse Suspecta. Cabbalistarum vero Commentum est Superstitiosum, et Cassa, etiam nunc non emendum.

Pluri

Plurimi ergo ex nostris Philologis, Cessationem oraculi per Urim et Thummim repetunt, inde a Temporibus Davidis vel Saltem Salomonis, ejusq; Sententiæ rationem Sitam contendit Cl. Braunius in cessatione Regiminis Theocratici, Quo Deus ante Reges Israëlis creatos peculiari modo Regem in Populo Israëlitico agebat. bellique ac Pacis Gubernacula ipse Deus, tanquam Rex tractabat. Interprete interim eius quasi Rege Vicario constituto Pontifice Maximo, Qui per Urim et Thummim Pacem bellumq; disponeret, ac in rebus majoris momenti ad Populum pronunciaret, Quia vero Regimen illud Theocraticum, postquam electos Reges cessavit, tum etiam Oraculum per Urim et Thummim cessare debuit. Sed hanc Sententiam S. Historia refellit, nam certum est. Regimen illud Theocraticum mox immutatum fuisse, Siquidem atq; Saul in Regem est electus, ad eum id ipsum Deus Israëlem Fovere, et palam repræsentavit 1 Sam. 8. 7. ita ad Samuelem locutus: Non te Spreverunt Israelitæ, Sed me Spreverunt, ut non Super ipsos regnem. Constat tamen ex S. Historia, tum Regnante Saule ipso, tum etiam Regnante Davide, hac Oraculum per Urim et Thummim Viguisse, ac per ea Responsa fuisse data.

Nos ergo illa Cautione, ac Circumspectione, quæ in rebus obscuris adhibenda est, censemus Oraculum per Urim et Thummim Cessasse tempestate Jeroboami. Quando Sanctior illa 12 Tribuum Societas rupta est, ac 10 Tribus Israëlis Judæ et Beniamin

Tri

Tribu ad Idololatriam ipsum Jeroboamum Successionem
facientes, duo Regna emerserunt. Scil: Regnum Judæ
et Regnum Izraelis. Tunc oraculum hoc per Urim
et Thummim cessasse probabile est, eo quod orna-
mentum illud Urim et Thummim fuit insertum Pe-
torali 12 Gemmis fulgenti, quæ 12 Gemmæ 12
Tribuum Nomina sibi inscripta habebant. Quibus
12 Gemmis uni Pectorali insertis, nominibus
12 Tribuum 12 Gemmis inscriptis, significabatur
arctior illa Societas et Sanguinis et Religionis
quâ 12 Tribûs Izraëlis inter se devinctæ esse
deberent. atq; in rebus majoris momenti, Sta-
tumq; Publicum Spectantibus unice a Deo de-
penderent, et Consilio Dei Cœlesti, per Urim et
Thummim reddendo. cum autem feralé divortio
Sub Jeroboamo insignis illa 12. Tribuum Soci-
etas Scissa esset. et duo Regna, imo duæ emer-
sissent Religiones, nec jam 12 Tribus ab eodem
Judicio per Urim et Thummim reddendo depen-
derent, probabile est, tunc cessasse hoc Oraculum
per Urim et Thummim, atq; ita Deus illam 12
Tribuum inter se Scissionem hac ipsa ultas est,
et Consultatio per Urim et Thummim in perpe-
tuum Sileret.

(§) Sextum Instituti nostri membrum fla-
gitat, ut ostendamus Pontificem M. non nisi
unicum fuisse. Breves hic erimus. Canon e
nim Judæorum perpetuus est. אין לו לכהן גדול אלא אחד. Nunquam duos simul
esse

leandos Pontifices Maximos, Sed unum. Si vero contingeret Pontificem M. pollui, adeo, ut obeundo neri Suo Sacratissimo inhabilis redderetur, Solem die Expiationis anniversariæ, hac in casu polluto, i. Pontifici M. alius Suffectus erat Sacerdos, qu Vicariam operam Pontifici præstaret. Atq; is Sa endos dicebatur סגן כהנים Sacerdos ministran excellioris quoq; titulo, idem ille Sacerdos Vicar adpellabatur Pontifex Max. eo, quod Partes Po tificis M. egisset. Quô Sensu apud Thalmudis Duo Camchit filii adpellantur קמחית שני כהנים Pontifices M. uno, eodemq; die, quem Sal. in Lo Simeonis Pontificis M. ordinarii quidem, S polluti Suffecti sint.

Sed haud levis Scrupulus exstat in Evange Luc 3. 2. ubi duo diserte nominantur Αρχιερεις i.e. Pontifices Maximi. Annas et Cajaphas, qu rum temporibus fuit Verbum Domini ad Johan Baptistam. Hic locus palam docere videtur, du illa temperasse Simul et Semel Sedisse Pontif M. Annam et Cajaphan. Quod directe pugnat c Iudeorum Canone: Nunquam duos Sedisse Sim Pontifices Maximos. Ile nodum hic expediant ri Docti, in diversa abeunt. Ego Auctor noster Cel Relandus una cum aliis Criticis censet Voc Αρχιερεις non debere hic Stricte Summi Pon tifice M. Sed latiore Sensu Summi debere, adeo Denotet Sacerdotes Regarios, primi tamen

nis. Dicit enim Solemne fuisse, ut ii qui inter Sacerdotes Gregariis dignitate eminent, classibus Sacerdotum Gregariorum Praefecti essent, appellarentur ἀρχιερεῖς ut Videre est Mat 2. 4. ubi Herodes legitur congregasse τοὺς ἀρχιερεῖς. Sed obs nemo negare potest Vocem ἀρχιερεύς latiore Sensu pro Gregariis Sacerdotibus Summi in S. Sacra hic tamen Luc 3. 2. Summitur restricte pro Pontifice M. nam certum est, ea tempestate Pontificem M. actualem fuisse Cajaphan. Annam quoq; ante id tempus Pontificem M. fuisse testatur Josephus, qui eum vocat Ananum. Quum igitur Lucas eos utrosq; in eadem Sede collocat his Verbis: ἐπ ἀρχιερέως Ἄννα, καὶ Καιάφα. et quum certum sit Cajaphan id temporis Annualem Pontificem M. fuisse, liquet Sane titulo ἀρχιερεῖς hic non Gregarios Sacerdotes, Sed Pontifices Maximos. Annam et Cajaphan designari. Quomodo ergo fieri potuit, tunc temporis Simul et Semel duos Pontifices extitisse (..) Rem ergo ita expedienda est: Summus et Ordinarius Pontifex M. tunc fuit Cajaphas. ut patet diserte Joh. 18. 13. Mat. 26. 3. convenerunt Principes Judeorum in aulam Pontificis M. qui dicitur Cajaphas. conf. v. 57. Hic autem Cajaphas fuit

Sener

Penes Annæ Ioh 18. 13. adeoq Cajaphas omnia
suo Consilio Communicare Solebat cum Socero
suo Anna. Hinc Annas vero antea paulo Pon-
tificatu suo privatus erat, a Valerio Graco Iu-
Procuratore. Vid. Joseph. Antiq. Iud. Lib. 18.
4. idcoq Cajaphas Socero suo Anno plu-
mum tribuens honoris et reverentiæ cum
Societatem etiam suæ dignitatis Pontificatûs
junxit. totusq ab eo, ut Penes a Socero Su-
pendebat. Atq hæc ist ratio, quod Lucas u-
que Vocet Pontificem M. tum Annam, tum Ca-
phan, licet proprie Pontifex actualis fuerit
tum Cajaphas, non vero Annas. obs. Prop
vero Lucas Annam Cajaphæ, ideo quia
Socer Cajaphæ, ætate provectior, et prude
or fuit, cui Cajapham subinde Consiliis Su
juvabat. Atq hæc de literali Pontificis
descriptione dicta Sufficiant.

3. Secundo jam Ordo flagitat, ut Pon
cem Maximum. Mystice contemplemur. Pon
fex M. V. Ti Qui Typice figuram gesserit
Ti Pontificis, Scil Jesu Xti, ne Pyrrho q
dem Dubitare possit. Id Sane vel Sola
rola Apostoli ad Hebræos Solide evincit. D
vissimis igitur lineis deducam analogia
inter Pontificem Cælestem Xtum. Jesum. et m

Pontificem Terrestrem V. Ti. Eô autem ordine hîc procedam, quem in literali Pontificis descriptione tenui.

(x) Nomen Pontificis Terrestris erat כהן גדול Sacerdos Magnus. Seu Pontifex M. Titulus hic-ce augustissimus oculis animisq; nostris ostendit Pontificem Summum Verum D. qui Cœlos transiit Hebr 4. 14. Simulq; mentibus oculisq; nostris objicit. Magnum illum Pastorem, quem Deus pacis eduxit emortuis per Sanguinem Pacti æterni. Hebr 13. 20.

(13) Dignitas V. Ti Pontificis M. præ reliquis Fratribus Suis, seu Sacerdotibus Regalibus in eo elucebat. Quod Maximus et Sanctissimus omnium esset. hoc colore Pontifex ille Terrestris expingit Summum Pontificem Verum D. qui sublimior et Filiis Adami, unetusq; a Deo præ Consortibus Suis altiô latitat. Psal. 45.

(γ) Inauguratio Pontificis M. in V. Ti erat multis Variisq; Cerimoniis peracta. Scil: (a) Lustratione (b) Vestium Pontificalium induitione (c) Unctione (d) et Sacrificatione. Hic Cerimonias Pontifex V. Ti graphice expingit nostrum Pontificem Cœlestem Verum Dominum.

(a) Ino Inaugurabatur Pont. M. Lotione, seu lavatione Corporis Sui Exod 29. 4. ubi jubetur. Moses Aaronem ejusq; filios lavare

Lustra

Lustratio autem illa fiebat ex Lavacro ejus, ut in
cedentibus ostendi. Hac Lustratione Significatur P
ipsiem nostrum Ipsum, non tantum animis labis
munem fore, Sed Sacro etiam Baptismatis fonte
tingendum, ut Suis exemplum prebere, atq; ip
momento hujus Submissionis Sue, sautem Dei
rationis aperit. Simulq; ut confraret Eum Pon
ficatus honorem non involasse, aut temere S
assogasse, Sed divina auctoritate Sibi tradi
et Commendatum Suscepisse. Ad minores
cedores N. Ti et familiam Aronis, nostri S
Cti Si cogitationem transferamus, in omnium
oculos Sponte Sua incurrit, Cerimoniâ hau
umbratum, expietumq; fuisse Baptismum n
ram exteriorem, quam interiorem, quô
bis et rabis nostra altius herens macula
eretur.

(b) do Inaugurabatur Pontif. M. Vestium
quisitissimarum indutione. Majorem jam
ram requirit hæc Cerimonia in mystica Signi
catione evolvenda. In omnibus enim Parti
quibus Vestes Pontificis M. erant conflatæ,
dam Divinum et magnificum refidet. Hui
ut omnia justo Procedant Ordine (*) ms
fiderabimus Materiam Vestium Pontifica
(**) do ipsas Vestes Sigillatim dabimus.

(*) Vestium Pontificalium materiam co
nebat Linum, lana et aurum, Variis colorib
adj

adjutis. (.) Ma
bat puritatem
animæ Cti, ex
rum ob oculos
gens Deus. (
tus Pontifici
imaginem e
et Virtutum,
exulterent.
quod Cl. D
Sil. Quod (+
ipsis Lanea
Sacerdotale
leat ovibus,
libebantur,
Agnus inn
Propheticum
petum fuiss
candorem,
bores in P
candor Sil.
itumq; alta,
et futurar
Cti mun
pr aurum
Reges ut pl
reluceret a
unii, quan

adjectis. (:) Materia linea seu byssina Signa-
bat puritatem, Innocentiam, et Sanctorem
animæ Cti expertem omnis maculæ (:) Au-
rum ob oculos ponit Virtutum Cti prefulgens decus. (:) Denique Varii colores in Vestibus Pontificis M commixti, pulcerrimam
imaginem expresserunt immensarum Donum
et Virtutum, quibus Ctus, omnesq; fideles
excellerent. In Vitreum Sane haumen exit,
quod Cl. Braunius hic in medium protulit
Sil: Quod (+) Per materiam Vestimenti Pontificis Laneam, figuratum Sit, munus Cti
Sacerdotale, eo quod Lana detonderi Solleat ovibus, Quæ in Sacrificium maxime adhibebantur, unde et Ctus audit: Agnus Dei.
Agnus immaculatus, Agnus mactatus. (+)
Propheticum Cti munus air Braunius exspectum fuisse per linum, Sive byssum, ejusq;
Candorem, Simplicitatem et Subtilitatem, Quæ
dotes in Prophetis maxime relucere debent,
Candor Sil. et Simplicitas Vitæ, Sive Puritas.
item q; alta, et Subtilior rerum reconditar
et futurarum peritia. (+) Denique Regium
Cti munus putat Braunius exprimi
per aurum. Vestium Pontificalium, eo quod
Reges ut plurimum Solcant abundare et
relucere aurô. Meditationes hæ Cl. Brauuii, quamquam fiat Subtiles, Speciosiores tamen

res tamen Sunt, quam Solidiores, et non nisi
evanidum fulgorem pelvis evibrant. Interim V.
ille Dorig. quoddam hic Satis feliciter exsequ
est. Hae tamen omnia deinceps, ubi Sigillatim
Vestibus Pontificis M. agemus, hic et ibi clari
elucebunt.

(XX) Do igitur, ipsas jam Vestes Pont. M. Sp
atim Detrahemus. (1) Primo loco in consider
nem Veniunt hic Bracae Seu Femoralia, q
bus Pontificis M. nuditas fuerat obvelata, ea
Corporis Pars ab oculis remota, quae Concupi
Somitem concupiscentiae irritare Solet. Ha
Castissimam, et ab omni libidine, et Carnis im
ditate remotam Christi Dei naturam figura
Simulq; membris Christi ie. Fidelibus castita
Studium commendare nemo non videt.

(2) Transimus ad Tunicam Pont. M. s
ram, Seu ut aliis placet; Ocellatam, parvis
dis, Seu ocellis ie. foraminibus ex industria
Structam. Haec tota byssina erat, Seu ex lino
tissimo et candidissimo contexta. Ergo a
Fuit ad expingendam Pontificis Christi Justicia
nalem, eamq; illibatam et intemeratam.
Justiciam cum membris Suis ie. fidelib
Communicat, loquimur vero hic de Just
Christi inhaerente, quam ortu Suo purissim
habet, non autem de Justicia ejus per Sangu
rem et mortem adquisita, adquisitam en
Christi Justiciam figurabat Pallium Pontifi

3) V

cap. I. De

(3) Sequitur
tum usus multi
primum Tunic
Pectus religar
tius se se cin
et noseri cing
ritas paulo
do Dominum
lari Tunica,
anuâ ad pa
Paltheus hic
Vita Sobria
patt 1 Pet. 1.
ita Sobrii
State lumbis
et discinctum
ita Horatio:
Vivens, laxi
bus. unde
ludit. Discin
(3) Et Paltheu
tutis militar
Paret ex 2
lotione in
Paltheum A
lium refri
Symbolum
bis, commig

(3) Sequitur Balteus. Erat Balteus Instrumentum usus multiplicis, ac proinde inserviebat primum Tunicæ laxiori adstringendæ, et circa Pectus religandæ. Sacerdotes enim Hebræi altius se se cingebant, non circa lumbos, et ilia, et nostri cingulati homines faciunt, sed infra axillas paulo circa Pectus. Ita Johannes Vidit Dominum Pontificaliter indutum, Scil. talari Tunica, eaq; Ocellatâ Vestium et Rosâ aureâ ad papillas cinctum Apoc 1. 13. Erat Balteus hic emblema in Extô Pontifice (.) Vitæ Sobriæ, et Temperantiæ adstrictioris, ut patet 1 Pet. 1. 13. Succincti lumbis mentis Vestræ Sobriè Sperate in Gratiam & Eph. 6. 14. State lumbis Veritate Succincti. Laxum enim et discinctum aliquid est, quod liberius est. Ita Horatio: Discinctus Nepos, est liberius Vivens, laxioribus Scil. et dissolutis moribus. unde Vetus Poëta Accius insigniter ludit. Discincta Vestis, Discinctus animus. (.) Est Balteus emblema fortitudinis et Virtutis militaris, ac Strenuæ industriæ, ut patet ex 2 Sam 20. 8. unde florentissima locutione in Jobo 12. 18. et Esaiâ. Solvere Balteum Heroibus, est robur eorum bellicum repingere (:) In est tertio Baltheo Symbolum Dignitatis et eminentiæ Regibus, eorumq; Ministris competentis, ratio

embl.

emblematis, quod Pladius Majestatis index ex
theo dependeat. Ira Iob. 1. Dicitur Deus Dalth
alligare lumbis Regum i.e. in Regiam eos evehe
dignitatem et majestatem. Vide Esai 22. 21.
achimum baltheô tuô firmabo, et totam Dom
ei tradam. ubi Daltheus, et Dominatio conjun
tur. Esa. 11. 5. Messias juxta Regium Suum
nus induitur ornatus cingulo justicia,
dei (.) Illa autem Justicia, quam predicat
as neque inhærens, neque adquisita (ex Jus
et. Sed exprimit Justicia hæc illam Virtu
quâ Deus tanquam æqui, justiq; callentis
mus, in Sacerdotii Sui Regalis administra
ne versatur. (..) Eidem Vero, quam conjun
hæc Esaias, interpretamur, Constantiam Du
factorumq;, quæ Constantia in omnibus D
factisq; Regis hujus Sionei, et Pontificis
Et. Seil: (ex Dn elucet. Conf. Psal. 89. 9. Fi
tua circumcingit Le. ubi manifesta est al
ad Baltheum Pontificis M. et cum reperu
Baltheum illum dicitur Messias: Ide circumag
dus, in omnibus dictis factisq; ejus constant
elucere. obs. Johannes Vidit Dominum balth
cinctum, ad papillas circa pectus, quô immu
(.) Messiam habere pectus cinctum Virtutibus
libus, ac robore velut ære, triplici (..) Item m
tur: Regem Ectum Melchisedeciani Sui Regni
Pectori Suo adpressisse, neq; eam corde Suo u

quam ejure. J
gier curare, D
dere, perdere.
(2) Quarto
la, tanquam al
tum, aut Trabea
tinctum, et in ex
granatis aure
pindis. (.) Parti
ferî Majestatem
guret, olim tam
Solio Suo, imp
rem Regali Su
suorum. (..) Po
tem, Sed San
dixerim: Prop
tâ, tum ipse
Suos velaret.
id applicatio
introducitur
tam Vestimen
tuica amicu
firmat, et n
vissima, quo
et Rex Eccle
sidens, Thron
Federis, lac
implentibus,

quam ejicere. Sed potius Regnum Suum ju-
giter curare, defendere, hostesq; ejus confun-
dere, perdere.

(4) Quarto loco Succedit Pallium Pontificea
le, tanquam aliquod Imperantis Paludamen
tum, aut Trabea Regalis. Hoc floribus dis-
tinctum, et in extremis, laciniarum oris, Malo-
granatis aureisq; Tintinabulis præsigne ex-
pinxit. (.) Partim Regiam Cti Pontificiis no-
stri Majestatem, Qua Pontifex noster præful-
geret, olim tanquam Sacerdos, Sessurusq; in
Solio Suo, impertiturus esset eundem Hono-
rem Regali Suo Sacerdotio, et Familiæ Fratrum
Suorum. (..) Partim Justiciam, non inhæren-
tem, Sed Sanguine adquirendam, et ut Sic
dixerim: Proprio Suo cruore imbuendam, ut
eâ, tum ipse Ctus æternum Vestiretur, tum
Suos Vestiret. Dubitationem omnem hic discu-
tit applicatio Mystica Esa 61. 10. ubi Ecla
introducitur exultabunda in Domino, Quod
eam Vestimentô Salutis, præsertim Palliô Jus-
ticiæ amicîverit. Idem hoc Mysterium ad-
firmat, et mirifice illustrat Scena illa gra-
vissima, qua aperitur Esa. 6. ubi Dominus
et Rex Eccla comparet, Sublime Solium in-
sidens, Thronum nempe Gratiæ, Seu Aream
Fœderis, laciniis ejus universam ædem
implentibus, quô emblemate Significatur,

Fructus

Fructus, et Merita Iustitiæ Cti adquisita se se
omnes Electos extendere, eorumq; adeo Templum
rituale seu Ecclam N. Ti implere, ornamentis, et Do
bus illis, quæ ex unica Cti Iustitia, perenni et
exhausta Vena effluunt. Nullus sane dubito, q
Vates Iesaias Dominum conspexerit habitu cultu
non Regis tantum, verum etiam Pontificis re
dentem inter agmina Sacrorum animalium. Er
rem igitur erant Viri Docti, qui verant hic
cogitasse de Pallio Pontificali, Quum eo nos
cat Vocabulum ◻ʿɦɪw, Quod Supra reddidim
per lacinias. Interpretes explicant de fimbri
Sed minus rectè, ergo ◻ʿɦɪw capere debemus
laciniis, Sinubusq; Palliꝰ luxuriantibus. Ergo
res est dicendum: (1) Pallium ipsum Pontifi
norabat Iustitiam Cti (2) Malogranata qui
Pallium ornatum erat, pingebant ordinem il
Cælestem, quem Iustitia Cti Spargit, et Vitali
illum Suecum. Quò eadem Iustitia Cti Viget.
nabant denique Malogranata, Virtutes illas
rituales, quibus tum Extùs, tum membra ej
Scil. fideles effulgerent. Malis enim Punicis
na Spiritualia adsimilari patet Cant. 4. 13
(3) Tintinabula aurea in Pallio, jucundissim
edentiæ Sonum, palam expingebant, Vocem
Vangelii jucundissimam, Qua peccatores ad C
num

munionem Iu
præterea hæc
menta, ut Mi
Regem et Pon
tum tum in
tum in egressu
que Ministros
Cl. Fillius
aliter hæc expl
ais Symbolum
aliis in exempl
ignum, qui Sa
cipiunt. Med
es quam mul
es Veluti qu
Mali Punici,
se Martyrum a
vendo paratiss
Spiri interiorem
multò Spiritus
quos cruci at
Cl. Fillio pro
solida sunt.
(5) Quinto
Pectorale, quo
tifex M. Epho
Muneris Cti
Patrem Cælestem

munionem Justicie Exti invitat. Signabant
preterea hæc Tintinabula Vocalia quasi Instru-
menta. ut Hieronymo placet. Extum Dnm, ut
Regem et Pontificem N. Ti, Vocalem et Voiferan-
tem tum in ingressu Suo in SSanctor Spirituale,
tum in egressu Suo e SSanctor Spirituali, ipsos
que Ministros Evangelii.

Cl. Tillius in Tractatu de Tabernac. Mosaico
aliter hæc explicat (†) Mala-granata Seu Punica
ait, Symbolum fuisse Fidelium, quatenus Fideles
aliis in exemplum proponuntur, præsertim Mar-
tyrum, qui Sangvine quoq; Suo Fidem Exti San-
civerunt. Meditatio Viri Docti haud injucunda
est, quam multo acumine illustrare conatus
est. Veluti quum disputat (·) Corticem hujus
Mali Punici, rubellum et firmiorem adumbra-
se Martyrum animum fortiorem, Cruori profun-
dendo paratissimum (··) Succum vero ejusdem
Pomi interiorem, eosdem Martyres designasse. cum
multô Spiritus Sancti Vigore Vitali, in mediis
quoq; cruciatibus Vigere. Hæc et Similia a
Cl. Tillio prolata Speciosiora magis, quam
Solida Sunt.

(5) Quinto loco transimus ad Ephodum et
Pectorale, quod Pallio Superinduebat Pon-
tifex M. Ephod et Pectorale erant Symbola
Muneris Exti intercessorii pro Fidelibus apud
Patrem Cœlestem, ad cujus dextram Exto Sedit.

(†) mo

(†) 12 Gemmæ Pectorali insertæ, quæ 12 Tribuum Nomina sibi insculpta habebant, notabant (:) Israëlem electum, seu Fideles, qui sunt περιούσιον Exti ix. Thesaurus 1 Pet 2. 9. ubi alludit Apost. Exod. 19. 5. 6. Eritis mihi סְגֻלָּה pro aliis Scriptis eritis mihi Regnum Sacerdotale gens Sancta. Quæ סְגֻלָּה reponitur in pretiosissimo thesauro, et summe longe charissimis. Vide conferri Electos cum Gemmis Pectoralis Esa. 54. 11. Apoc 21. 19. 20. (:) Tribuum Nomina 12 hisce Gemmis insculpta innuunt Extum Dominum Intercessionem facere tantum Solis Electis, cujus Intercessionis fructus ad infideles non extenditur (:) Quod Gemmas ille Pontifex M. in Pectore Suo gestaverit, eo innuitur: Fideles Exto Semper placere, quos Extus tanquam Sigillum brachio Suo alligat. Cant. 7. Quod Urim et Thummim Pectoralis plicatæ insertæ Sint, eo innuitur Spiritum Sanctum in Extum descendere, eumq; omni Perfectione exornare, Pectus ejus donô Prophetico implere (†) Gemmæ quoq; mysterio haud carent, (:) Materia Ephodi linea et Linea, sua puritate Sua et Candore nitens notabat Exti Pontificis Perfectam puritatem. Colores Ephodi quoq; haud vacabant mysterio. Color hyacinthinus seu Cæruleus, Cæli Similis, materia Ephodi primum imbui debuit exim. Puritatis Exti originem Cælestem (†) Color Coc

Seu ruber Signabat (.) Fidelium Peccata, quæ Cxtus in Se recepit, ut ea Suo Sangvine eluat. Esa 1: 18. Fidelium Peccata adpellantur rubra (.) Purpureus Color emblema fuit Sangvinis Cxti, Sangvis enim dicitur Purpureus.

(6) Sexto Sequitur Tiara Pontificalis cum Corona aurea, Caput undiq ambiente et illustrem Titulum Sanctitatis Jehovæ præferente. Tiara hæc, et Corona aurea, figurabat Pontificis Cxti Sacerdotium Melchisedecianum, i.e. Quod Cxtus Pontifex Simul et Rex esset. Hoc mysterium exprimit Vates Regius Psal. 132. 18. יִזְרַח נִזְרוֹ Supereo florebit Corona ejus. In Hebreo manifesta est allusio ad duo Nomina Pontificalis, Scil: ad נזר et יזר Quæ conjuncta dicuntur, Exod 39. Titulus vero hicce in Fronte Pontificis, Sanctitas Jehovæ, Significabat; Pontificale Cxti munus ideo Susceptum esse, ut Cxtus Suo Sacrificio Sanctitatem Dei illustret, et Peccato expiato Electos per Spiritum Suum Sanctificet. Quod vero hic Titulus; Sanctitas Jehovæ, in Fronte Pontificis gestatus sit, eo ipso hæc duo Sunt figurata, et expicta. (.) Quod Munus Suum Pontificale et Regium, Cxtus Dnus Semper ob oculos habeat. (.) Ut quoties nos Jesum Regem Salutamus, et adoramus toties recordemur, Eum esse etiam Pontificem, divinitus ad id ordinatum, ut Sanctitatem Jehovæ illustret. In eo enim Spes omnis et fiducia

nostra

nostra Sira est, ut habemus Pontificem, qui Sacrifi-
Suum Suo Peccata nostra delevit. nosq; per Spiritum Sa-
ctificatos ad se olim evehet, et ad Patrem ducet, ut c
pud eum glorificemur. Atq; hae est Fidei nostra
trum, et meditullium.

Hae de Vestium Pontificalium mysterio Stud
nostra, Si quis albis dentibus rideat. dicatq; in V
tibus Pontificalibus Mysterium quaerere est Superf
tiosum, legat loca Esa. 61. 10. Ezech. 16. 10 et Se
Apoc 7. 14 Apoc 19. 8 Apoc 3. 18. Psal. 132. 9. e
45. 14, 15. Ex quibus locis, aliisq; patet, Vestes P
tificales mysterio rerum Spiritualium non c
ruisse.

Ipsi Iudaeorum Magistri, et Iosephus Philo
Iudaeus, et Thalmudici, certe Sub Vestibus Po
tificalibus mysteria latere ultro agnoverun
licet ipsi hoc in multas varias descenderint

(†) Thalmudici in Codice Zebachim Cap. 9 Sem
co, Thalmudis Babylonici dicunt: Vestes has Pon
ficis M. Singulas expiationi Peccatorum fuisse d
stinatas, Ideo dicunt Sectionem, Siue Periocham
Thalmude, de oblationibus, Statim Subsequi, Sectio
nem de Vestibus Pontificalibus, Quia Quemadmo
dum oblationes expiant Peccata, ita Vestes Sac
dotales expiant Peccata, adeo, ut (.) Tunica Pon
tificis M. expiat homicidium, etenim Scriptum
Mactarunt hedum, et immerserunt Tunicam in
sa

gerirem Sil in Historia Iosephi a Fratribus Venditi.
(:) Feminalia vel Femoralia expiant nuditatis
revelationem, i.e. Scortationem, ut Scriptum est: Con-
fitietis Femoralia linea ad tegendam Carnem nu-
dam. (:) Pileus expiat Superbiam, et arrogantiam,
Quippe arrogantia et Superbia in Capite tanquam
in Arce Summa Suam Sedem habet. Hinc Doct.
Doctor Canina: Accidit res quæ in alto, et expiat id
quod est altum. (:) Baltheus expiat prava cordis
Consilia. cingit enim baltheus Pectus, unde prava
Consilia nasci Solent. (:) Pectorale judicii expiat
corruptionem Judiciorum, et jura prava, Scrip-
tum enim est: Faties Pectorale judicii. (:) Ephod
sive Amictum humerale Idololatria expiandæ
deservit. nempe: Titulo Ephodi in Sacris compre-
henditur, quicquid ad Sacerdotium et Cultum ali-
cujus Numinis, Sive Veri, Sive falsi pertinet. adeoq
mens Thalmudicorum hæc est: Ephodum Deo Israëlis
dicatum, expiare maculas ex Ephodo in falsi Nu-
minis honorem gestato contractas. i.e. maculas
ex Idololatria contractas. Scriptum enim est Hos. 3.
(:) אין אפוד ותרפים Pallium Tintinabulis or-
natum, expiat Verba otiosa, et probrosa (:) Tandem
Corona aurea expiat impudentiam. Corona enim
opposita est impudentiæ, cui nimirum in-
scriptum est, Sanctitas Jehovæ. Corona enim
Stabat in fronte Pontificis M. omnis vero im-
pudentia, quum in Fronte Sedeat, Sequitur

Coronam

Coronam expiasse impudentiam.

In mystica hac Magistrorum Commentatione bo-
na malis admixta sunt, Interim clarissime elucet
Doctrinam Scholarum Prophetarum tulisse: adpa-
turum aliquando Pontificem, cujus Justicia, Sanc-
tas omnibus numeris et Partibus absolutissima, o-
nia Suorum Peccata, omnes abe haerentes turpi-
tudines et maculas a Summo Capitis Vertice a
imos usq; Pedes expiaret. Detractisq; illis Sepe-
tinis reliquiis et exuviis. Quas Vetter em Hamin
mystica Scriptura adpellat, novo Eos Homine in
duret, qui per omnia membra a Capite ad Ped
in. mortalibus ornamentis floreret.

Haec procul dubio fuit Venustissima Judeorum
Catechesis. Sed clara cognitionis jam in angulum
abstrusa lumen Veritatis multa caligine obfusca-
tum. Has tenebras Suo jam tempore Universam
Eccl̃am Judaicam, oppressisse Satis prodit Joseph
Antiq Iud. Lib 3. Cap. 8. ubi Vestium Pontificia-
um descriptione literali defunctus, earum my-
cam Potentiam sic evolvit, ut Vestes illas natu-
finibus circumscribat. i.e. ut per Vestes Pontifi-
les intelligat mystice res naturales, easq; par-
tim Celestes, partim Terrestres. Ergo jam

(Ŧ). do Josephus in Vestes Pontificales myste-
nobis tradit ut (.) per Quatuor Colores, in Vestibu
Pontificis M. dicit Josephus adumbrata fuisse
tuor Elementa Scil: Terram Caelum, Ignem, et Aqu
ut (+) Color Byssinus adumbret Terram, Quippe

...mus lini ex Terra ...
...mus, quoniam est C...
Caelum sive aëra. (≠
...mutatoq; adumbra...
...nus Color, adumbra...
...e, quoniam Purp...
(.) Pectorale, Quo...
...jacebat, dicit ad...
...ntro, ac medi...
...quo lingebatur
...sse Maris Terra
...mmas Sardonie
...sit Solum et Luna
...ali fulgentes, ait
...diaci. (::) Tiara
...sert ad Caelum C...
...imabulis Pallio
...n fuisse Tunica
...Pallio adnexis n...
...dem reperisse es...
...in eundem fere
...lib 3. de Vita ...
...t, quam ut hi...
...qui consulatur
...delabantur illi,
...mortua legis li...

Primitiae

genus lini ex Terra provenit. (≠) Color Hyacinthinus, quoniam est Color, Cælo Similis, adumbrat, Cælum sive aëra. (≠) Color Coccinus autem ruber, nitidusq; adumbrat Ignem. (≠) denique Purpureus Color, adumbrat Aquam sive ipsum mare, quoniam Purpura in ipso mari nascitur, (..) Pectorale, Quod medio Pontificis Pectori adjacebat, dicit adumbrasse Terram, quæ est in Centro, ac meditullio Mundi. (:) Baltheum quo cingebatur Pontifex, dicit figuram gessisse Maris Terram undiq; cingentis. (::) Duas gemmas Sardonichas in Humeralibus figurasse ait Solem et Lunam. (::) 12 Gemmas in Pectorali fulgentes, ait fuisse 12 Menses aut 12 Signa Zodiaci. (::) Tiaram Pontificis capiti adhærentem refert ad Cælum Capiti nostro imminens. (::) Finitimabulis Pallio Pectoralis adnexis, ait designata fuisse Fulmina (::) Malis Punicis vero eidem Pallio adnexis negatur expressa fuisse Fulgura. Hæc recensuisse et refutasse. Philo. Judæus (≠) in eundem fere modum Philosophatus est in Lib 3. de Vita Mosis locus Philonis prolixior est, quam ut hic adferatur, dignus interim qui consulatur, ut eo melius pateat, quorsum delabantur illi, qui Spiritu Evangelii cassi, mortuæ legis litteræ adhærent.

Primitivæ Eccle Patres etiam satis inse-

liciter

liciter in hoc Campo mystico decurrerunt. Suavibus
cerebri ludibriis plurimum indulserunt. Quin n
Suorumq; temporum Philologi insignes ab erroribus
et lapsu, Immunes hic non Sunt. inter quos illibat
Viri auctoritate, memoramus Cl. Braunium, qui
pre claro Suo operi de Vestitu Sacerdotum Sub
xuit Caput mysticam Significationem exhaustum
Sed in qua enucleanda, minimum Sane luxurio
est, quod ideo Sub monendum esse duxi, ne exce
ris operis fama fraudem cupiam offundat, qua
ars neutiquam inficias eamus, multa feliciter, et
dabiliter Virum Eruditissimum Braunium expedi

(C) Tertio Inaugurabatur Pontifex M. in V
Unctione. Vestibus Pontificalibus indutus Pontif
oleo Sacro Supra frontem largiter effuso ungebatur
Unctio hac propria fuit tantum Pontifici M. non
cerdotibus aliis, unde Solus Pontifex M. adpellatu
Sacerdos Unctus. Typus hic fuit Messiæ, qui juxta
Psal. 45. Supra Consortes Suos oleo exultationis
ctus est. Solus Extus unctus est, illa Spiritus
Unctione, cujus nemo mortalium particeps red
potest. In Solum Messiam effusus enim est Spi
tus citra mensuram. Joh. 3. 34.

(d) Inaugurabatur Pontifex M. Sacrificat
et Sane Varia Sacrificia peragere debuit Pontif
M. prius quam Summo Sacerdotio ei fungi li
Quo ritu inuebatur, Messiam non Sine longa
par

paratione, et meditatione praevia Suscepisse ma-
gnum Suum Pontificatum. Obs. hoc est, Sacri
ficiorum a Pontifice oblatorum Sanguis misceba-
tur cum oleo, et ita oleo illo Sanguine mixto as-
pergebatur Aron, et omnes Aronidae ie. Sa-
cerdotes Fregarii. item dextra auricula Aronis
et dextri Pedis, dextrae manus pollex illo oleo
ungebatur. Hic oleum notat Spiritus Sancti
Donum. Sanguis vero notat, Sanguinem &ti.
Sanguini oleum mixtum, notat dona Spiritus
Sancti, debere misceri Sanguini &ti, dona enim
Spiritus Sancti, dantur unice ob merita, San-
guinemq &ti. Quippe omnium fundamentum
est Sanguis &ti. Eodem oleo Sanguini mixto
auram Pontificis M. dextram munctam fi-
guraße certum est, aures &ti expurgatas, a-
pertas et Veluti perforatas Psal. 40. Ut Sic
tam &tus, quam membra ejus, Fideles Scil.
Dicto Numinis audientes essent. Pollex pedis
dextri quoq Pontificis M. inunctus notat &ti
Summam alacritatem in officio Suo Sacerdo-
tali, adeo ut aures, Pes, manus, et omnia mem-
bra &ti proclamarent: Ecce Domine adsum!
ut faciam Voluntatem Tuam. Vid. Psal. 40.

Obs. In Pontificis M. inauguratione 7 dies
impensi erant. Quibus 7 diebus allusio est ad
7. Mos Sti Periodos. quibus volventibus &ti Sacer-

dotium

dotium magis magisq confirmabitur, Virgq eum
Sibi Summet, et insigniter illustrabitur. Quando Si
Pentibus ad Templum confluentibus, familia Sacerdotal
pleno in numero erit

(δ) Dignitatem Quarto Pontifici Maximo adde
pra Suis Fratribus, ie Sacerdotibus Regariis Au
tie. Qua Semper cum Castissima, et purissima Virgo
fieri debebant. Quô innuitur Xtô Pontifici ju
debere Ecclam puram, ie. tantum Fideles, qui Vi
ries Sunt, Agnumq quocunq ierint Sequentes
14. 3 2 Cor 11. 2. ait Apost. ad Fideles Corinthi
Aptavi Vos, ut Viro uni Virginem, Scil Xto, tangu
Virginem puram.

(ε) Quinto et ultimo Summum quoq deum
tificii M. addebat, quod Pontifex M. non nisi unus
tum esse debebat, juxta Canonem Iudeorum perpet
Nunquam Simul et Semel duo Pontifices M. Sedere
possunt. Ira in N. Sto Unus tantum Pontifex Ca
et, Scil. Messias Xtus, nullam rem creatam Pon
tificatus hujus Consortem, consociumq Xtus
agnoscit.

Caput Se

Caput Secundum

De Successione Pontificum.

Defungemur hic ℵ Tractatu Generali Speciali.

ℵ In Genere de Successione Pontificum aturi hæc Sequentia observabimus. (A) Quis Primus omnium fuerit Pontifex M. (B) Post Aronem ad quos devolutus fuerit Pontificatus.

A. Haud inutilis est Quæstio? Quis fuerit Primus Pontifex M. Pontificatus. Solis posteris Aronis divinitus assignatus est. Exod. 28. 29. Ergo Aronem omnium Primum Pontificem M. fuisse certissimum est. Iudeorum tamen plurimi, et cum iis Pontificii acerrime contendunt. Non Aronem Sed Mosen fuisse Primum Pontificem M. adeo, ut non nulli Magistri asserant: 40 integris Annis, seu toto peregrinationis Israëlitici tempore in Deserto Mosen ipsum Pontificatum gessisse. Aliis tamen Magistris placet: Mosen 7. tantum diebus Pontificatum gessisse. quibus nempe 7. diebus Aronem eiusq; Filios muneribus Suis ipse Moses initiavit. Mosen Pontificem M. fuisse R. Derachia inde colligit, quod Deut. 33. 1. adpellatur Moses Vir Dei, et quod 1 Chron 6. 3. legatur. Filios Amrami fuisse Mosen Aronem

nem et Mariam. Hinc Praeus Rabbinus Philo-
dens Sepe adpellat Mosen in Vita ejus Archie
Pontificem M. item Regem, Legislatorem et Prophe
Partes Rabbinorum tuentur Pontificii, ideo ut Pon
tifeis Romani jus et auctoritatem hac parte extor
arq defendere possint, dicuntq (1) Quemadmodu
Moses inter Israëlitas, ut Summus Pontifex potui
Summo Suo jure, leges figere refigere, ita Pon
tifex Romanus hodie habet jus, Summamq
ratem leges condere, figere et refigere (2) Ad
denigi: Pontificem Romanum jure sibi arro
jus Politicum Simul et Ecclesiasticum, Quippe
ses utrumq jus remsit in Populo Israëlitico
liticum et Ecclesiasticum fuit enim Princeps
Rex in Israële et Simul Summus Sacerdos. Ve
hac ratiocinatio tanta Sedis Romane nil Vel
ficatur, Mosen enim Regem Ducem Princip
Populi Iudaici fuisse certum est, Sed Summ
Sacerdotem illum in Populo nunquam proba
potest, Adferunt tamen Argumenta, quibus P
tificatum Mosi adscribi putant. (*) nam est Psal. 9
ubi Moses et Aron leguntur fuisse כהנים inter Sa
dotes. Ita Philo Judaeus Mosen adpellat Archie
Summum Sacerdotem. Sed Respond. (†) mo
Semper Pontificem M. Summumq Sacerdotem no
Sed norat Sepe Principem et Primarium Minis
Ita. 2 Sam 8. 18. Filii Davidis adpellantur כהנים
non Sane Sacerdotes. nam Sacerdotes esse deb
ex

ceps ad morem et
Iudices et Reges
Populus Iudaicus,
fuerint, et ad Ido
rorum exempla
preatem et Ido
si temporibus Iu
rium M. Vigui
et ipsum etiam
sua, coercuisset
lolatriam; pro
te Iudicum et
(*) Si tempo
rium M. existis
pendissent.
suo arbitrio fec
rebant. Vide Lo
et 1 Reg 3. 16.
et Regum nullum
quum ex mente

tem Babylonicam nondum exstitisse, multo minus tempore Mosis.

(::) Argumentum Summinus ex Judicum et Regum Historia, in qua testatissimum est, Populum Judaicum Sese composuisse ad morem Judicum et deinceps ad morem et consuetudinem Regum, adeo, ut si Judices et Reges pietatem coluerint, tum et iam Populus Judaicus, Sed si Judices et Reges impii fuerint, et ad Idololatriam prolapsi sint, tum ad eorum exempla etiam Populus Judaicus ad impietatem et Idololatriam prolapsus est, atqui si temporibus Judicum et Regum ipsum Synedrium M. Viguisset, utiq et Reges, Judicesq et ipsum etiam Populum Judaicum intra officia Sua, coercuisset, et ad turpem impietatem, Idololatriamq prolabi non permisisset. Ergo tempore Judicum et Regum, nullum fuit Synedrium M.

(::) Si temporibus Judicum et Regum Synedrium M. exstitisset, utiq omnia ab ipso Synedrio pependissent. Sed Judices et Reges omnia pro Suo arbitrio fecerunt, nihil ad Synedrium referebant, Vide loca 1 Sam. 8. 1. 2 Sam 10. 2. et 1 Reg 3. 16. Ergo colligimus tempore Judicum et Regum nullum adhuc exstitisse Synedrium, quum ex mente Thalmudicorum, ubi Synedrium

Viguit

viguit olim, nunc omnia ab ipso Synedrio pependerunt, imo Reges quoq; Synedrio subjecti erant.

(ii) Iud. 21. 25. diserte dicitur: Temporibus illis non fuisse Regem in Israële, ideo, quemq; fuisse pro arbitrio suo id, quod rectum videbatur in oculis ejus. Ex quibus verbis patet, tunc temporis Synedrium extitisse nullum.

(iii) Iudic 19. 29. legitur Levitam concubinam suam a Benjaminitis constupratam, adrepto gladio in 12 partes dissecuisse, ac misisse per totum territorium Israëlis, ad Tribus 12. ut Scelus a Benjaminitis commissum Vindicarent, non vero ad Synedrium misit, ad quë si Synedrium tunc extitisset, utiq; ad illud misisset. Argumentis hisce rite perpensis, clarissime patet eiusmodi Synedrium M. tempore Mosis, Iudicum, et Regum nullum omnino extitisse.

(xxx) Ex ergo igitur est ut primos Natales Synedrii M. aperiamus. Originem Synedrii M. nos non ad Mosen, non ad tempora Iudicum et Regum Sed longe inferius ad tempus referimus, atq; adeo petimus Synedrii M. originem ab atrocissima illa calamitate, quâ Iudæi sub jugum Sacorum missi sunt atq; hinc Syriæ, illinc Aegyptiorum Regi in praedam expositi, miserrimum in modum Respubl. et Cultus Iudaicus laceratus, afflictatq; fuerat, praesertim vero Sub

Sub Antiocho Epiphane

Iudaici, omniq; pe
plurimi Sacerdotes
Populi Iudaici a
trist hac Rep. Iud.
Dei effulsit inter
tesq; ejus Filii M
Syro-Macedonum
sent, ipsiq; adec
nasterium suam a
nos quovis et
ordinem Sacerdo
que in honore
esq; tandem Rei
moverunt. Ergo
Synedrium M.
videtur, ut qu
Viralis illius
sis, quum remp
juncti fuerant,
adjuvarent. H
nitas et auctor
tuta, et adhuc
posset, Asmonea
tatrice, quiq

Sub Antiocho Epiphane, quando flor decusq; Populi Judaici, omniq; pene Nobilitas extincta fuit, plurimi Sacerdotes simul et Primores, Principesq; Populi Judaici ad Senatissimam, defecerunt. Intristi hac Reip. Jud. nocte, non sine Providentia Dei effulsit inter Judaeos ipse Mattathias Sacerdos, trisq; ejus Filii Maccabaei dicti, qui ubi jugum Syro-Macedonum cervicibus Judaeorum depulissent, ipsiq; adeo jam rerum potirentur, ut nascentem suam auctoritatem constabilirent, summos quosvis et egregios Viros, imprimis vero ordinem Sacerdotalem impense coluerunt, multoque in honore ac observantia habuerunt, eoq; tandem Reipub. gubernaculo Senum admoverunt. Ergo hoc tempore Videtur emersisse Synedrium M. Quod ita comparatum fuisse Videtur, ut quadantenus referret formam 70 Viralis illius Consessûs, qui fuit tempore Mosis, quum nempe 70 Seniores Populi Mosi adjuncti fuerant, ut Mosen in regendo Populo adjuvarent. Hujus autem Synedrii M. dignitas et auctoritas, ut in Republ. recens instituta, et adhuc fluctuante, eo fortius firmari posset, Chasmonaei illi Sive Maccabaei Filii Mattathiae (quique Viri Principes ad latus eor erant)

decreve-

de reverum Consessum illum Seniorum 70, qui Mosi adjuncti erant. Synedrium fuisse ordinarium, Sequ. adeo illius Successores esse genuinos, Sieq. deinceps temporibus credi capit, Synedrium M. etate Mosi institutum, ac deinceps continuatum fuisse, licet interdum fuerit interruptum, vel per Reges impios et profanos, vel per Gentes exteras, quibus Sub erant Judaei. Hae item tempore Sub Chasmoneis, Scil illud idem Synedrium M. instauratum erectumq; fuisse.

Hae nostra Sententia inde firmissimum Praesidium invenit, Quod Pharisaeorum natio Superbissima, Quae fere Sola in hujus ordinis, et gradus possessionem Sese immisit, altiores Spiritus sumserit, Quam Mosaicam institutum, si vel ordinarium illud fuisse dennq; fere potuit, argq; talem Summi hujus Regiminis formam delineavit, qualem fastus Pharisaicus dictabat, cujus impotentissimae arrogantiae Pharisaica Specimina statim libabimus, postquam Verbulo monuerimus, Thalmudicas illas Traditiones; quibus hae Synedrii M. potestas institutiq; post Reinpub. Jud. per Chasmoneos institutam, fuisse consarcinatas. Unum nempe Cerebrum Pharisaicum audacissime quidvis fingeret, talem delinearet Synedrium M. quale nunquam et nusquam

quam extitit, nisi in cerebro tantum Pharisaico.
Hujusmodi Synedrii M. formam libenter hodie
quoq; exigerent Judæi, si nunquam res eorum
ex animi sententia se floreseret.

(b) Jam § 5 Auctor noster disserit de Membris
Synedrii M. seu de Personis Synedrium M. con-
stituentibus. Hic vero agemus α De Numero
membrorum Synedrii M. β. De Tribubus. γ De
qualitatibus membrorum illorum. δ De Coopta-
tione in Synedrium et ε Quinto de ordinibus
et Dignitatibus eminentioribus.

(α) Quantum ad numerum adtinet: Cæsar Baro-
nius Drusius. Scaliger. aliiq; censent, hoc Collegi-
um Synedrii M. constitisse Viris 72. quod elice-
re conantur, ex Num 11. ubi præter 70 illos Sena-
tores occurrunt etiam Heldad et Medad. Spiri-
tu Prophetico pariter adflati, ac 70 Seniores. Constans
tamen est Traditio Magistrorum: Omne Synedrium
M. constitisse membris 71 Qua propter in Ecclæ-
sia Rabbati Collegium hoc adpellatur. שבעים ואחד של סנהדרין
i.e. Synedrium unius et Septuaginta Virorum.
Ita tamen hæc intelligunt Thalmudici, ut membra
ipsa Synedrii fuerint quidem 70, quibus Princeps
sive Præses præfici debuit. qui 71mus numera-
batur, uti Moses præfectus erat, 70 illis Seniori-

bus

bus, et Sic Vnny erat ipse Praeses, Sive Praesens.

B. De Tribubus notandum est, Quoniam Synedrium M. ut plurimum constabat e Sacerdotibus, Levitis, Sacerdotes et Levitae autem solebant esse ex Tribu Levi, igitur Membra Synedrii M. constabant plurimum e Tribu Levi, interim poterat fieri ut membra Synedrii essent ex alia quoq; Tribu quilibet, Synedrium tamen erat Legitimum, etiam si nullum membrum Synedrii esset ex Tribu Levi. Si modo membra illa legitimis dotibus pro Synedrio pollerent.

γ Qualitates quadam esse debebant in illis qui in membra Synedrii cooptandi erant, Qualitates Magistri describunt (ϟ) Aeγytikos (ϟ) Theotikos.

(ϟ) Aeγytikos i.e. Negative (1) Arcebantur a Synedrio M. i.e. Membrum Synedrii creari non poterant illi, Qui artem Societati, Vitaq; humanae utilem non exercebant, vel mercaturam, vel quamcunq; artem aliam, quae vel manibus, vel ingenio exerceri Solet, (2) Qui cum notabili Corporis Vitio laborabat, ut Ex Caecus, Claudus, manens, luscus, Surdus &c. esset, inter membra Synedrii non adsumebatur, (3) Qui justam aetatem non habebat, 70 Annos in Synedrii membrum non adsumebatur (4)

(4) Eunuchus i e Virtus in membrum Synedrii non adsummebatur, eo quod tales essent pra alios crudeliores. Gaudrannus de Eunucho ait: Eunuchus nulla pietate movetur, et nec Genero Natisq; favet.

(5) Qui proles non habebat is in membrum Synedrii M. non cooptabatur, Quippe qui proles habent, ii magis proclives sunt ad misericordiam, et Clementiam, minus autem ii qui prolibus carent, (6) Senio confecti, nimisq; etate adtriti, in Synedrii M. membrum non adsummebatur, tales enim reputarasent, et Vulgo crudeliores esse Solent, quam Juvenes. Interim obs. Senectutem, Quæ alignem in Synedrio arcebat. estimare Solebant Judæi, non tam ab annis etatis, quam a defectu Virium Corporis et ingenii, potiùs Sane quis esse membrum Synedrii, licet plurimos habuerit Annos si modo Corporis ingenijq; Vires habuerit, ita Magistri celebrant Virum illustrem ac longævum, Rabban Jochanan Ben Zacai Qui octogenarius in membrum Synedrii cooptatus est, et ad 120 etatis Sue Annum Judicijs interfuit erat per Annos 40 tandem etiam Synedrii M. Princeps creatus est.

(7) Oc

(♀) θετικως has Qualitates recenset Majo in illis, qui in Adsessores Synedrii M. cooptandi er (1) Debebant esse Nobiles et ingenui, imo ut Majmo ait: cum Sacerdotibus admixtarem habentes (2) Statur Corporis debebant esse insignes, et nullo corporis V Laborantes. (3) Justâ erate ad Senium pergentes. Insigni doctrinâ imbuti. callere debebant Arithmeti Medicinam, Astrologiam, Divinationes, Artes magicas, Cultus Idololatricos, ut de his omnibus adcuratum posset judicium. rebus, ita exigentibus. Item ut Thalmu tradunt, debebant esse periti שבעים vel ע Linguarum, ne Scil cum alijs Verba miscendo In prece indigeant, Quæ Judæorum traditis, quam ridicula, quisq; videt, præcipue 70 Linguas in mu estare Rabbinicam spirat Phantasiam. Majo hinc Suadium Rabbinici ingenii est, mortali alignem 70 Linguas edisere posset, ut narrando terprete non indigeat, hoc esse Sortem humanam Superscandit. Idem pro Thalmudicis meretu Flav. Josephus qui, ait: Interdictum fuisse Jude ne Peregrinam Linguam discerent, nisi tantum tiram, ut Legem Interpretari possent, Notandum hoc est: Pontificem M. adsumtum fuisse in mem

rum Synedrii M. Sed Regem non, ideo, quod nefas
fuisset aliis Synedrii M. membris contradicere Regi
in ferendis Sententiis

(5) Quarto Pergamus ad Cooptationem Judicum
in Synedrium M. Qui contendunt Synedrium insti-
tutum fuisse ab ipso Mose, modum quo Moses Syned-
rium instituit, ita fuisse dicunt: Quum jussus
est Moses 70 Viros Seniores Israelis in Synedri-
um cooptare, cogitavit, quo modo id praestet,
nam si ex qualibet Tribu Sex Viros adsummat,
tum duo Supererunt, nam non nisi 70 Seniores
erant eligendi. Si vero Quinq ex qualibet Tribu
adsummat, tum deerunt adhuc Decem. Si vero
ex una Tribu Sex, ex alia autem Quinq ad-
summat, tum inter ipsas Tribus invidiam con-
citabit, Sic ergo Mosen egisse ajunt. Eligit Sex
Seniores ex quavis Tribu, deinde paravit 72
Schedulas, quarum 72 Schedulis hanc inscri-
bsit Vocem ||P.S.T. Senior. Duabus vero Schedu-
lis nihil inscribsit. Tum 70 illas Schedulas
inscriptas, una cum Duabus Schedulis, qui-
bus nihil inscriptum fuerat, mixtim conjecit
in Urnam quandam, advocavitq 72 illos Viros,
Jussit Singulum Virum, Singulam extrahere

Schedulam

Schedulam. Qui Schedulam voce hac Sal. ל"ף Semor extraxit, ei dixit Moses: Iam pridem Te Sanctifica-vit Deus, isq; cooptatus in membrum Synedrii, cui ve-ro Schedulam illam extraxerit, cui nihil inscriptum erat, ei dixit Moses. Deus non expetit Te. isq; ideo in membrum Synedrii non est allectus.

Alium dein Electionis modum introductum tra-dunt Thalmudici. Scil. Quum jam Iudæi Terræ Sanctæ Possessionem obtinuissent, ábtaq; Pace gaviſi esse-nt. Sunt quidam e Synedrio M. per universam Ter-ram Israelis, Qui inquirerent, in Viros omnibus Qualitatibus, pro Synedrio instructos. Ejusmodi Vi-rum Si cubi reperissent ei Statim Personam Iudi-cis in Sua Urbe imposuerunt. Inde illum evexerunt in Synedrium Viginti trium Virale, Quod ad in-troitum montis Templi Sedebat, Hinc tandem promotus est ad Synedrium illud, quod Sedebat ad ostium Atrii. Atq; inde demum in Synedrium M. promotus est.

Hanc Electionem Sequebatur Ordinatio seu Insti-tutio, qua fiebat per χειροθεσίαν Manuum im-positionem: Quomodo dicitur Moses initiasse Iosu-am, addiis his Verbis סמוך אותך ונתת מידך עליו

Ego

Ego ordino Te, et esto ordinatus. atq; hoc ritu ordinatio Manuum Impositio, peragebatur a tribus Viris Synedrii M. in hunc finem ordinatis a Synedrio.

5 Quinto agit Auctor § 5 De ordinibus et Dignitatibus membrorum Synedrii M. (1) Primus loco et dignitate fuit נָשִׂיא Princeps Synedrii vel Praeses: qui aliquando Pontifex M erat. Sed non Semper. Hic adpellatus est אַבְדַּן admirabilis ob insignem eruditionem, qua praeditus esse debebat. Ei Summus honor ab omnibus deferebatur. Eo in Consessum intrante, totus Populus aperto capite adsurgebat, nec quisquam locum Summ occuparit, antequam Praeses jusserit, Sepultura ejus Singularis erat, Supellex enim ejus lignis odoratis comburebatur. (2) Secundus a Praeside loco et Dignitate fuerat אַב בֵּית דִּין Pater Domûs Judicii, adpellatus quoq; est Vice Praeses nam Solebat ad dextram Praesidis Sedere, et eo absente toti praesidebat Synedrio M. Minor ei honor deferebatur quam Praesidi, nam dum Domum Synedrii ingressus est, duo tantum lineae hominum ei adsurgebant, inter quas incedebat. (3) Tertio honoris loco gradu erat

erat is, qui κατ' ἐξοχην appellabantur חכם ie Sapiens
Is fuit /: חכמים כולהו גדול :/ Doctorum praestantissimus
in Senatu sedebat ad Sinistram Principis seu Praesidis, et cum eo de agendis et decernendis rebus communicabantur omnia. In Senatum ingredienti ita recipiebatur, ut unus surgeret, alter sederet.
(4) Praeter hos erant alii minores officiarii ut (.)
Erant duo Scribae סופרים Stantes dicti in Codice
Sanhedrim f. 3. qui Suffragia Iudicum Stando
excipiebant, et in acta publica referebant (:) Item
Lictores duo baculis instructi, qui mandata Synedrii
et Senatus Consulta exequi solebant (:) Non nun-
quam aderant in Synedrio Rei sive Partes litigan-
tes, aut Causarum Patroni, Verbo; Procuratores
duo, testes ab hac Parte, ab altera parte item
duo testes (:) Item aderant tres Ordines Candida-
torum i.e. qui promovendi erant, ut membra
Synedrii evaderent, hi erant Expectantes dicti.
In quolibet ordine erant 23 Viri, Et sic erant
Expectantes illi in Universum 69. Atque hi se-
debant coram Synedrio M. Horum quisq; Su-
um servabat locum, si quem promoveri necessi-
tab

tat postularet, is adsummebatur ex primo ordine, tum is qui erat primus in Secundo ordine, in primum ordinem ascendebat. Primus item Tertii ordinis ascendebat in ordinem Secundum.

(c) Tertio agendum est de Tempore Sessionis Synedrii M. § 7. Notantibus Magistris Synedrium considere Solebat quotidie in Sacrificio jugi matutino, usq; ad Vespertinum. Vid. in Lem. Sanhedrim 88. 2. Synedrium 23 Virale, et consessum Virorum considebat die 2do et 5to Heb. domadis non ultra horam diei Sextam. Diebus Sabbathi et festis autem judicare non Solebant, ergo diebus illis Synedrium non fuit. Si tamen judicarent, tum non in Atrio, Sed in Spatio Antemurali considebant. Quod §sm audit Traditum Magistri: non fuisse necessarium, ut omnes 71 in Synedrium praesentes Semper adessent, nisi cum gravissima causa fuerant, interim in Synedrio M. necessario debebant praesentes esse Semper 23 Viri.

(d) Quarto. Videndus est Locus Synedrii M. qua de re agit Auctor § 8. Locus in quo Synedrium considere Solebat, pro ratione tem-

porum.

porum Varius erat (.) olim quidem Stante Tabernaculo dicuntur consedisse Judices ad ostium Tabernaculi Num. 11. 24. tam in Deserto, quam in Terra Canaanis, donec Templum Imum extructum esset, quo do tandem in Vicinia Altaris consederunt Judices. (..) Exctô Templo Imo Locum Synedrii fuisse prope Portam Orientalem in Conclavi Principum probari posse videtur ex Jer. 35. 3. (:) In Templo 2do destinatum fuit Synedrio M. celebratissimum illud Conclave לשכת הגזית Pasit. Seu casi Lapidis. Lapidibus enim pretiosis, et magna arte celatis, constructum erat hoc Conclave. Extructum fuit a Simeone Ben. Shetach. Praside Synedrii M. cum Splendore ac Magnificentiâ, ut Salomonis Ben Virga fides habenda sit, nihil huic adhuc simile aut secundum orbis viderit. Fuit autem hoc Conclave partim in Atrio, partim in חל Hoc Spatio Antemurali Situm, ita ut Judices forma Semilunari, in parte minus Sancta Sol. in חל considerent, non autem in Atrio, nam in Atrio nemini licebat Sedere, nisi Regibus, ex Stirpe Davidica oriundis.

Forma Consessûs hæc erat: Omnes Judices consti

considebant in ⅘ parte minus Sancta, figurâ Semilunari, seu Semicirculari. In medio erat Sedes Principis, dexter ei adsidebat Pater Senatûs, Sinister vero חכם Sapiens. Ceteri Adsessores considebant suo quisq; ordine, ab utraq; parte ita, ut dignior quisq; proprium Principem sederent. Adstabant Scribæ duo unus a dextris, qui vota absolventium Scriberet. alter a Sinistra, qui vota condemnantium Scriberet. R. Jehuda addit tertium Scribam, qui utriusq; vota Scribere solebat, ut eo certius constaret de singulorum numero. Reus adduci solebat coram Judicibus per ostium ⅘ II, ad dextram Rei Stabat בעל דינין Dominus litis, qui vel pro Reo vel contra Reum Verba faciebat. Huc Psal 109. 6. Stet Satanas ad dextram illius. Item v 31 et Zach 3. 1. Qui natu maximus inter Judices erat, is Sententiam pronunciabat dicendo: Tu innocens es, vel Tu obligaris, Quare nulli Judicum licebat, ubi Synedrio egressus est, dicere ad Reum; Ego Secundum te, vel juxta votum Tuum judicavi, collega mei te condemnarunt, non Ego, nam me collega mei numero Vicerunt. Hoc qui Judicum fecisset, in Eum

in Eum competere judicabant, id quod est Prov. 11. 13
Qui prodit arcanum Calumniator est.

(::) Dadunt Thalmudici: Ante excidium Templi 2di 40 Annis migrasse Synedrium M. e Conclavi Gazith in Tabernas Montis Templi. Judæi enim Sub Romanorum potestatem redacti, majestas eorum quum imminuta esset, locum hunc Gazith reliquerunt, nec amplius in illo Gazith Sessio Synedrii celebrata fuit, nisi Semel tantum Scil. quum in Causa Extⁱ Jesu Synedrium celebratum est. Tempus autem illud, Scil, quô locum Gazith reliquit Synedrium M. Annis Scil 40 ante Templi 2di destructionem, incidit in Annum Extⁱ 30mum atq; adeo ante mortem Extⁱ 3-bus circiter Annis deseruit Synedrium locum Gazith, transiitq; in Tabernas montis Templi. Hoc eodem tempore Judicia capitalia Sibi adempta esse conquerentur Judæi, Quod patet ex eorum Verbis Joh. 18. Nobis haud licet occidere quemquam.

(::) Tandem ex hisce Tabernis translatum est Synedrium M. in ipsam Urbem Hierosolymam. Inde iterum ad alia loca Varia, Qua de re Vide Auctor nostrum

nostrum § 10 - ut et Praesides Synedrii M. numero
10, Per quos Lex Oralis propagata fuerat, videri
possunt § 11. Primus eorum fuit Ezra novissimus
sive ultimus vero fuit, Rabban Gamaliel, Filius
R. Judae Sancti.

(c) Tandem Quinto agendum est, de Auctoritate Synedrii M. Una de re agitur § 6. Tota Synedrii M. auctoritas patet (*) Ex Rebus, quibus Synedrium M. curam impendebat (**) Ex Personis, de quibus Synedrium M. judicare poterat. (***) Ex Sententia Valore et efficacia, quam Synedrium M. pronunciabat. (****) Ex Poenis, quas Deis ipsis Synedrium infligere solebat.

(*) Potentia et Auctoritas Synedrii M. patet ex Rebus, de quibus in Synedrio M. negotium gerebatur. Agebant Patres Synedrii M. de Rebus Politicis et Ecclesiasticis, Publicis et Privatis. Verbo: omnibus, quae ad Reipub. regendam faciebant, omnes enim Regiminis normam Patres Synedrii scribebant. Traditum Thalmudicis: Pacis belliq; jura penes Patres Synedrii fuisse, non penes Regem Judaeorum, adeo, ut ipse Rex bellum movere, vel Pacem

cem cum aliis Pentibus absq; arbitrio Synedrii M. ferre non poterant. Distinguunt tamen Iudæi inter bellum Præcepti seu Sacrum, et bellum arbitrii. Per Priori illud Scil. bellum Præcepti, dictum מלחמת מצוה Seu Sacrum intelligunt, Internecivum illud odium, Quô Deus ferrô flammisq; deleri voluit, atq; extingui Septem maledictas Palæstinæ Gentes, cum Amalecitis. Iam dicunt Thalmudici: Hoc bellum poterat Rex ipse Suâ autoritate Suscipere, et exequi, absq; Synedriô Consultô, eo quod æterni Vigoris extaret Præceptum de Pentibus illis Septem delendis. Per Posterius bellum seu bellum arbitrii, Quod dicitur מלחמת הרשות intelligunt bellum illud, Quod Rex vel ad gloriam, famamq; propriam propagandam, vel ad extendendos fines Imperii Iudaici Suscipere vellet. Hujus modi bellum tradentibus Thalmudicis Regi ipsi Suscipere, et exequi non poterant, nisi ex Consilio et arbitrio Synedrii M. Superbum hoc Decretum Thalmudicorum in Sanhedrim Cap. 1. § 5 ita habet: Bellum arbitrarium non nisi ex autoritate Synedrii M Suscipere potest. Supremam hanc Synedrii M. autoritatem falso probant Thalmudici ex loco Exod 18. 22. omnis res magna

magna ad Se deferatur. 1e ad Assessores Moſis. Sed hac via et ratione, Si nempe Moſis Synedrium M. exſtitiſſet, et Si Summa auctoritas penes Synedrium M fuiſſet, Sane ipſe Moſes quoq; ab eo dem Synedrio M. in ordinem cogendus fuiſſet, omniq; auctoritate exutus fuiſſet, in negotio Pacis et belli, rerumq; omnium, certe longe alius quod erat Argumentis ad rem tam magni momenti probandam. de quo Vetera monumenta aliter nos edocere jubent. Annales quippe rerum Hebraearum nos satis docent, ipſos Reges Judaeorum non Subjectos fuiſſe auctoritati Synedrii M. Sed eos pro Suo arbitrio bella Sumſiſſe et poſuiſſe. Et Sane Suprema haec Synedrii M. auctoritas, quam urgent Thalmudici, cui Reges quoq; ipſos Subjectos praedicant, directe pugnat jure illi regio, Quod Samuel Lib 1 Cap. 8vo delineavit, et ad terrorem Imperio Judaico mentiendum ob oculos poſuit.

Nullo pariter nititur ibi cine, Quod de Rege ipſo Sanxere Thalmudici, Quod Regi creandi quoq; Poteſtas Synedrio M. adtribuerunt. Religionis negotium quoq; a Synedrio M. pependiſſe tradunt Magiſtri. Credunq; adeo Cabbalam aliquam

aliquam, seu Misteriorum Doctrinam jam inde ab initiis Reip. Iud. per manus traditam esse, cujus Discipulos omnisq; Posteros pene hos Synedrios fuisse fuerit. Eorundem officium creditur fuisse Statuta quedam de rebus Sacris condere, ac modos quosdam comminisci, quibus Lex exponeretur. Atq; adeo Synedrii officium fuisse dicitur Legem oralem condere, quae ad Seros Nepotes propagaretur.

(××) Jdo Auctoritas Synedrii M. patet ex Persona, de quibus Synedrium M. judicare poterat. Poterat Synedrium M. Sententiam pronunciare de Persona qualibet, cujuscunq; generis, dignitatis, Status et conditionis fuerit illa Persona. In Codice Sanhedrim Primus Canon hic est. Tribus integra Pseudo Propheta, Sacerdos M. non nisi in 71 Judicum Consessu judicantur. Imo Libris fides sit habenda, etiam Reges ipsi tremendis Synedrii M. sententiis subsunt.

(×) Quantum ad Tribum integram, si Tribus aliqua, vel tota, ac totaliter vel maximam partem defecerit ad Idololatriam, tum Judicium ferebat Synedrium M., quod colligunt Magistri Deut. 17. ubi Sancitur: ut Homo privatus si Idololatriâ Le Le polluerit, tum judicetur is in sui-

in minori Consessu, sive foro Particulari. Ergo inferunt Magistri, Si vera Tribus pollueret Le Idolorum cultu, tum illa in Synedrio M. debuit judicari, tanquam in Consessu Generali.

(") Si Pseudo Propheta alicujus inventus fuerit inter Judæos, tum is non alibi debuit, et potuit judicari et damnari, nisi in Synedrio M. quod erat Hierosolymis. Ita Rectus D. quoq; a Judæis Pseudo Propheta habitus, Hierosolymis judicatus et damnatus est, Nine Lux adfundatus Dicto Domini Luc 13. 33. Non contingit ut Propheta pereat extra Hierosolyma. In Urbe celebri Jabne, quæ olim Lodæ Academia et Synedrii M. erat, solebat esse Consessus publicus, ubi Pseudo-Propheta damnabatur. Sed Legimoribus temporibus Synedrium M. quia Hierosolymis erat, tum Pseudo-Propheta Hierosolymis damnabatur.

(::) De Pontifice M. in Sanhedrim, 2dus Canon. ita Sonat. Sacerdos M. judicat et judicatur. Testimonium dicit, et in Eum Testimonium dicitur. Sed Capitaliter de eo nemo judicabat, nisi Synedrium M. f in Pontificem M. ut ob Varia delicta et pollutiones ex facili contingentes Pontifex Max.

f Eo autem se extendebat Potestas Synedrii M in Pontificem

Max. Ioris cædi, et flagellari posset. Quam Poenam Supportans Pontifex M. restituebatur in Magistratu Suum, Sed si Praes Synedrii ita verberatus fuisset, ampliùs Praes Synedrii esse non poterat.

(::) Eiusdem Spiritûs, et intoleranciæ Pharisaicæ est, Quod Reges quoq; tremendi Synedrii M. sæpibus et correctionibus Subjecerint, ut Reges ipsos quoq; Synedrium M. in ordinem cogeret. Statuunt Legistæ: ob tria delicta Regem incurrisse in Poenam flagellationis publicæ coram Synedrio M. infligendæ, Scil (+) Si Uxores ultra octodecim duxisset (+) Si Equos curules, et Pompæ regali inservientes, ultra necessitatem vel unq; plus comparasset (=) Si opes et divitias avidius congessisset in proprium Suum Thesaurum, Sed ita misera Sanè ipsius Sors Salomonis Regis, cui tribus istis rebus minimum quantum excesserat (+) Uxores plus quam 18. habuit (::) Equos infinite multos et ingentes opes Regales tanta congessit copia, ut nemo Regum ei par fuerit, adeo, ut juxta hanc Legem Synedrii tergemina Salomon commeruisset flagella, tribusq; vicibus flagellis cædi coram Synedrio publicè debuisset. Ex his patet Verbera-

Poenam

Poenam Regiae Majestati, e diametro oppositam fu-
isse. Mollire igitur conantur hae Thalmudici, qui-
bus subscribunt, dicentes (1.) Regem non a Lictore
publice fuisse flagellatum, si nempe Rex deliqui-
set, Sed ab alio aliquo homine, quem ipse Rex
eligere voluit. (2) Denique dicunt: Flagellatio
olim apud Judaeos non fuit tam ignominiosa,
ac apud nos hodie, et nobilissimae quoque Perso-
nae Poenam illam olim sine ignominia Sub-
ibant, tanquam muletam aliquam. Addunt (3)
Rex ipse modum quoque, quo se flagellari pos-
sit, praescribere potuit. Sed ditata haec Thal-
mudicorum nugas magni quoque Viri Calculos Suos
adjunxerunt, inter quos etiam Ill. Protius censen-
dus est, De jure belli ac Pacis Lib 1. Cap. 3. §.
10. Sane ubivis Pentium, et apud Judaeos
quoque flagellatio semper fuit ignominiosa, ideo
Josephus, Poenam hanc adpellat Turpissimam et
illiberalem, quae homini ingenuo minime con-
venit, nedum Regiae Matti. Nil igitur ab-
surdius, quam Sceptra Regum Potestati et Au-
toritati Synedrii M. Subjecta fuisse.

Distinguunt Magistri Reges ex Domo Davi-
dis ortos, a Regibus Graecis, dicuntque: Reges
ex Do

ex Domo Davidis esto, Penam flagellationis sponte Subiisse, non detractasse, Panitentiam hoc ipso agentes, quam Legem et Constitutorem Synedrii optime noverint. Sed Reges reliquos Israelis ob factum, et Superbiam legi huic Synedrii M. Lese Submittere recusarint.

Negantur porro Magistri, dicentes: Si Synedrii M. neglexisset Penam Regibus infligere, tum Viri Synedrii M. ingentem Panam Deum adfecit. In Pentateuchum hac legitur Fabella. Servus Jannaei Regis, ex Hasmonaeis oriundi, commiserat Homicidium. Simeon Ben Schetach Prases Synedrii M. hortabatur Sapientes, ut in Flagitium illud animadverterent, ac judicium de eo haberent. tum Sapientes ipsi provocant Servum Regis, Regi quoq; dicunt: Fuisse quidem Sistas Te, ac Testimonium accipias. Lex enim Scripta de Steris Exod 21. 29. Veniat Possessor boris, et consistat juxta borem Suum, et Dominus boris quoq; detur. Seros autem jumentis comparantur. Venit ergo Rex Jannaeus in Synedrium, atq; illic consedit. Tum Simeon Prases Synedrii dixit ad Regem: Surge pedes Tuos, tum Testimonium de Te dicetur. Neque potest Te coram nobis Surgere, Sed coram illo, quo jubente mundus existit. Quia dictum est. Stabunt duo illi Viri, quibus Lis est, Deut 19. 17. Tu Rex Surge

am flagellationis
enitentiam hac ipso
rem Synedrii optime
aclis ob factum, et
M. Lese Submittere
gistri, dicentes: Si
Regibus infligere,
Deus adfecit. In
abella. Servus
it, commiserat Hom
set Synedrii M. hor
illud animadvertere
tum Sapientes ips
it quoq; dicunt:
ceptas. Lex enim
niat Possessor bovis,
et Dominus bovis qui
tes comparantur.
drium, atq; illic
dixit ad Regem;
um de Le dicetur.
ese. Sed coram illo,
ria dictum est. Stab
Deut 19. 17.

Jugens ad Præsidem dixit; Non ex Tuo jussu Sto,
Sed pro eo, Quod censebant Collega Tuâ. Tum Pra-
ses Synedrii respexit dextrorsum, et Sinistrorsum num
haberet Suffragantes Collegas Suos, at ipsi Vultus Suos
in Terram pro metu defigebant, nec faciem tollere
audebant, tum dixit ad eos: O! Vos cogitabun-
di futurum est, ut cogitabundus aliquis Vos ul-
ciscatur. Tum Fabricl Angelus Viros illos Synedrii
M. confestim hunc omnes adfixit, adeo ut omnes
animam efflarent. Ita Herodem quoq; Regem in
Jus a Synedrio M. Vocatum fuisse narrat Joseph.

(xxx) Auctoritas Synedrii M. patet Testis ex
Valore et efficacia Sententiæ Pronunciatæ. Traden-
tibus enim Magistris, Sententia a Synedrio M. pro-
nunciata, Sine adpellatione et Provocatione Exe-
cutioni mandari debuit. Ut autem Synedrium
Justiciam Suam in Sententia ptolata toti Popu-
lo declaret, jussit Reo ad Supplicium protracto
præire Præconem edita Voce clamantem. Hic
abit ad Supplicium, Quô mortem Subit, Quia
hoc flagitium hoc tempore et hoc loco commisit,
atq; Hi et Hi Sunt Testes contra Eum, Si quid quis
sciat, quod huic Reo prodesse possit, accedat, et in
medium id ipsum proferat ad Reum liberandum.
Dum Reus ad Supplicium ducebatur, et inter eun-

Dum

dum aliquid Reo in mentem Veniſſet, quô Le de novo ex
cuſare poſſet Quatuor vel Quinq; Vicibus quoq; Reus re
ducebatur ex Via ad Synedrium M. Ut autem Confortare
tur Reus in tanto diſcrimine rerum, duo Viri ex Sapien
tibus ei adjungebantur.

Dicterat impia et mendaciſſima Magiſtrorum Fabu
la de Jeſu noſtro Duô, legitur ea in Sanhedrim Cap. 6
Traditio eſt, inquiunt, Veſpera Paſchatis Suſpenſum fu
ſe Jeſum et praiviſſe Præconem, Per 40 Dies ita clama
rem: Prodit ipſe lapidandus, eo quod Seduxit proſtigia
Iſraelem, Quis cunq; Scit, pro eo defenſionem, prodeat
et proferat eam, at non eſt inventa defenſio, Suſpendi
runt ergo Eum Veſpera Paſchatis.

(××××) Auctoritas Synedrii Quarto patet ex Ju
riis, quas Synedrium Reis irrogabat, quæ erant
(Ψ) Capitales (ϓ) Non Capitales.

(Ψ) Pœnæ Capitales ex mente Thalmudicor erant ha
Quatuor. (ϓ) Lapidatio, (ϓ) Combuſtio (ϓ) Decollatio
et (ϓ) Strangulatio Vide Codicem Sanhedrim Cap. 7.
§ 1. Suſpenſionem autem e ligno cujus mentio extat
Deut 21. 22. 23 dicunt fuiſſe tantum additamentum
Lapidationis et Cumulum ignominiæ, poſt mortem
demum impoſita i.e. Dicunt Thalmudici, Quod Ju
dæis non fuerit in uſu Suſpenſio e ligno, ita ut Ver

Cap. 7. De Syn
rum hominem Su
interim hominem
lapidationem. A
Panis Capitalibu
Agitabo Quæſtion
Sect. An Supplicium
Judæor. (Ψ)tio
burent tempore
egerunt.
(Ψ) Primo A
mudici ponunt,
ut statim dixi:
et Strangulatio
(ϓ) Prima
Thalmudicis hu
cum extra Caſtra,
ſtra Moſaica, et
eamdem Sancti
tanto editior e
Lapidandi addu
cum eo duo Ju
manibusq; pro
loco illo præci
cipitum protaber
præcipitandi m

rum hominem Suspendissent, Sed Suspenderunt
interim hominem, Verum jam antea mortuum per
lapidationem. Agam ergo (¶) Primo de hisce Quatuor
Poenis Capitalibus, quas Thalmudici recensent (¶) do
Agitabo Quaestionem Vexatissimam apud Philologos,
Sil. An Supplicium Cruce olim in usu fuerit apud
Judaeos. (¶) tio In-quiram. An Judaei, Ius gladii ha-
buerint tempore eo, quo Eum in ferale lignum
egerunt.

(¶) Primo Agam de Poenis Capitalibus, quas Thal-
mudici ponunt, Qua Quatuor ab iis recensentur, Sil.
ut Statim dixi: Lapidatio, Combustio, Decollatio
et Strangulatio.

(¶) Prima est Lapidatio. Ritus Lapidandi a
Thalmudicis hunc in modum enarratur. Extitit lo-
cus extra Castra, et extra moenia Urbium, nam ca-
stra Mosaica, et moenia Urbium Terrae Cananaeae
eandem Sanctitatem habebant. Hic locus altero
tanto editior erat, unius hominis Staturâ, La-
pidandus adducebatur ad locum hunc. Simulq;
cum eo duo Testes conscendebant locum illum,
manibusq; post terga ligatis, ab uno Testium ex
loco illo praecipitatus est, idq; ea cautione ut in
deorsum prolaberetur, seu Supinus procederet. Hunc
praecipitandi morem excusare conantur Magistri ex

Exod

Exod. 19. 13. Quicunq; montem adtigerit, lapidibus obruetur, aut ירה Quod vertunt, jacietur, adfigetur in Terram. Nostri Interpretes rectius convertunt, Confligetur Sagittis / est enim plane extra oleas. Hinc Rabbini inveniunt peculiarem Lapidationis ritum, per dejectionem ex alto, pugnat enim hoc cum Posterate Particula Disjunctiva aut. / ubi Reus ita praecipitatus est, Alter Testium Lapidem in Pectus ejus projiciebat, Si Reus ex hoc jactu lapsus animam exhalavit, tum Legi Satisfactum est, Si vero animam non exhalasset, tum alter quoq; Testis Lapidem in Pectus ejus projecit, Si Reus ex hoc ictu quoq; mortem non obiisset, tum Universus Israelitarum cetus eum Lapidibus obruere debuit, ut Sanctum est, Deut 17. 7. Manus Testium primum esto contra Eum -- postea manus totius Populi -- Conf. Deut. 13. 9. Testes ipsos in Lapidationis Executione primos fuisse patet ex Historia Protomartyris Stephani Act 7. 58. 59. Extra Urbem Eum ejectum Lapidarunt Testes autem deposuerunt Pallia Sua ad pedes Saulis Lapidarunt igitur Stephanum. Ad hunc morem Testium alludit Textus D Joh. 8. 7. ubi ad Mulierem adultera accusatores ita Textus D. instit. Qui Vestrum immunis

immunis est a Peccato primus in eam jaciat lapidem. Testes enim et Accusatores solebant primum lapides in lapidandum projicere.

Hisce jam ita peractis, Rabbini, quicquid Sequuntur Cæteri, dicunt. Cadaver lapidati hominis jam mortuum, ex arbore infelici suspendebatur. Hunc Suspensionis ritum autem Sic describunt Rabbini: Ut Baba ingens fuerit depacta in Terram, Superne transverso ligno praedita instar Crucis. unde Cadaver lapidati hominis manibus hinc et illinc diductis, ac teligatis, Publico opprobrio, et horori fuerit propositum, usq; ad Solem occasum, Quando tandem Terræ mandari debuit. De hac Cerimonia contendunt Sonare Rabbini, et Cæteri plerique Rabbinos presto pede Sequentes, Celeberrimam et Sapientiæ plenissimam Legem illam, Quæ extat Deut. 21. 22. 23. Quem locum infra accuratius excutiemus.

(*) da Pœna Capitali erat Combustio. De Combustione in Codice Sanhedr. Cap. 7. §. 2. hæc Thalmudicorum est Traditio: Damnatus in Combustionem, ad genua usq; in Sino defodiebatur, deinde linteum, sive Sudarium durum collo ejus

ejus circumdatum, et a duobus Viris hinc et hinc tra
dia adtrahebatur, donec damnati hominis os aperi
tur, gutturq; hiaret, orizq; hiantis Pannum vel Plum
bum ligneo factum infusum est, Quod per guttur in
Viscera penetrans intestina ejus combureret, et con
summeret. Rabbi Iehuda ait. ne ob fauces hinc inde
strictas Rem ipse moreretur, et sic Praeceptum com
bustionis irritum redderetur, os Rei forcipe apere
batur. et ita metallum liquidum gutturi ejus in
fusum erat. Ergo ex hac Thalmudicorum descriptione
Combustio apud Veteres Hebraeos non erat per rogum
accensum. ut apud Persas alias, Verum infuso metallo
liquato in guttur, et apellabatur haec Combustio
Animae Combustio, non Corporis. Sed. haec Thalmu
dicorum Traditio ob Varias circumstantias est non
tantum Suscepta, Sed etiam mendacii plena, nam
haec proprie nequit adpellari Combustio. Qualem
Lex Mosis urget addito Verbo שרף Quod Sonat
de Combustione tali, Quae Corpus per flammam
dissolvit, et in Cinerem redigit, Apud Iudaeos
Posteriores vis invaluerat alios quoq; mos
Comburendi, Quo nempe Corpus mensio rogo
comburebatur, Quae Combustio dicta est Combustio
Corporis

Corporis. Sed
stiosse dicitur
Combustionem dic
Elia, quae Sco
gum accensum,
ratus eo tempo
Veterum. Dicit
infuso debuisse
in more erat.
Sed obser
vendi, Sic. Pl
fosforo, nec ex
bari potest. V
re Solebant
uti et alia Se
combustionem fu
ferunt ex more
dicebant Doct
peratore dicit
factum Rex A
Bibe aurum,
(*)tia Poen
Thalmudici; Iu
reliquas Poena

Corporis. Sed hic mos comburendi minus usitatus
fuisse dicitur Judæis. Inde Rabbi Eliezer illegitimam
combustionem dixit eam, quâ Sacerdotis cujusdam
filia, quæ Scortata fuerat, combusta est per ro-
gum accensum, et hoc ideo factum ait. Quia Se-
natus eo tempore non erat peritus Statutorum
Veterum. Dicitur Eliezer Plumbo liquefacto, ori
infuso debuisse filiam illam comburi, ut olim
in more erat.

Sed observandum porrò est, hic mos combu-
rendi, scil. Plumbo infusò gutturi, certe nec ex
Josepho, nec ex Philone Judæo ullo Vestigio pro-
bari potest. Veteres enim Judæi, ut et recentio-
res solebant comburere per rogum incensum
uti et aliæ Gentes, Quod ergo fingant Thalmudici
combustionem fuisse in usu Plumbô infusô, id bau-
serunt ex more Persarum, Sub quorum Imperio
vivebant Doctores Thalmudici: De Casto Im-
peratore dicitur: Quod illi in os aurum liqne-
factum Rex Persarum infuderit, cum Verbis:
Bibe aurum, qui aurum sitiebas.

(*) tia Pœna Capital. erat. Decollatio. Tradunt
Thalmudici; Jus gladii Regi fuisse permissum, Sed
reliquas Pœnas Capitales ad Synedrium pertinuisse,

et ante

et auctoritate Synedrii, non Regis auctoritate potuisse irrogari. Perhibent porro Thalmudici: Decollationem primitus fuisse Gladio. Sed hac quum indecorum esse istimassent, tandem caput decollandi hominis truncis imponebant, Sicq Securi amputabant, ut in Anglia quoq Sape factum. Apud Romanos quoq primitus Securi fiebat Decollatio, Mos enim erat Romanis, Panam non Capitalem Virgis peragere, Panam Capitalem vero Securi, Inde Lictores Romani, fasces Virgarum et Securis colligatas gestabant. Sed postea invaluit mos Gladio, uti in Decollandis hominibus, quippe quod honestius esset. Ideo Bassianus Cæsar, Severe illos increpuit. Qui Papianum I. Extum Securi decollarunt, quum gladio id fieri debuisset, Vid. Spartianum in ejus Vita.

In Codice Sanhedr. Cap. 3 § 3. Decollatio plebitur fuisse סייף בקנה Quæ Sententia Thalmudica a Doctis Interpretibus non satis accurate intelligitur. Cl. Coccejus vertit. Quemadmodum jus Regium fieri solet. Unde videtur Coccejus Veteribus Rabbinis, qui contendunt: Lapidationem Combustionem, et Strangulationem auctoritate Synedrii fuisse inflictam, Sed Decollationem auctoritate tantum Regis, adeo, ut jus gladii ad solum Regem pertinuer

n Regis auctoritate pos
Thalmudici: Decollatio
d hoc quum indoctum
ecollandi hominis trun
nputabant, ut in Angl
manos, quos primi
enim erat Romani
peragere, Panam Capi
Romani, fasces Virg
ant. Sed postea mo
landi hominibus, qui
Bassianus Caesar, Sever
enum J. Cretum Secu
fieri debuisset, Dd.

ap. 3 § 3. Decollatio
duo Sententia Thalm
us non satis adcura
rtit. Quemadmodum
videtur Collega Pelli
unt: Lapidationem
nem auctoritate Sy
ecollationem auctorita
gladii ad Solum Regis
sententia

pertinuerit. Sed Thalmudica haec Sententia שלטון
דיני נפשות Secundum Regnum, nil aliud sonat, quam de-
collationem demum inter Judaeos debuisse fieri Se-
cundum Imperium Romanum, i.e. prout in Impe-
rio Romano peragitur Scil. Gladio, non Securi, quum
jam Judaei Sub Potestate Romanorum essent, eo-
dem modo debebant Judaei quoq; Decollationem per-
agere, quo Romani. Ergo Thalmudici Sententiam
hanc שלטון דיני נפשות per contentum quasi usurpa-
runt. Apud Nos vero Sub Augusto Caesare mu-
tine Scil. Quod Decollatio Securi fasceibus involutâ
peragatur, abolitum est.

(♆) Postremo loco venit Strangulatio. Hanc
Poenam hoc modo peractam fuisse tradunt Thalmu
dici: Quod Damnatus genuum tenus in limo, vel-
simo defossus est, injectoq; collo ejus linteolo,
a duobus Lictoribus hinc et illinc linteum ad-
trahebatur, donec Damnatus animam emitteret.
Atque haec Poena in lege non specificatur, ratio-
nem reddunt Thalmudici: Quia sint Poenae hae
Capitales levissimae, non acerbissimae, ut reliquae,
ideo in lege non specificatur, Dicuntq; Supplicium quodcunq; in lege non memoratur, esse
levissimum.

(♇) Jo jam Sub examen revocabo Quaestionem
in foro

in foro Philologico longe vexatissimam Scil. An Supplicium Crucis apud Veteres Hebræos in usu fuerit necne ita ut Vivum hominem Crucifixissent. Quæstio hæc antiquissimis Temporibus extra omnem Controversiam fuit posita, nec quisquam in dubium revocaverat Supplicium Crucis antiquis Iudeis cognitum, usq; Publico receptum fuisse. Nostra autem tempestate Viri in arte literaria Principes, negant Supplicium Crucis cognitum usq; Publico Iudeis receptum fuisse, adeoq; adserunt, Principem quoq; Gloria Jesum more Romanorum fuisse ferali crucei, Patibulo q; adfixum, non more Iudeorum. Princeps Signum hoc Sustulit Il. Casaubonus Summus Philologus, et Criticus, qui in Exercitationibus Suis longe eruditis contra Annales Baronii dum Calamum Strinxisset, hoc quoq; nomine Eum notavit, quasi insignem ille errorem erraret, Dum adseveret, Supplicium Crucis usitatum fuisse Veteribus Hebræis. Hæc Sententia tandem Casauboni robur Sibi Sumsit ex Auctoritate Jos. Scaligeri, Summi Virorum, qui etiam negare Sustinuit Veteribus Hebræis in usu fuisse Supplicium Crucis; Vid. ejus Animadversiones in Eusebium. Hinc tandem Viri Eruditi postea Calculos Suos contu-

lere

lere, inter quos etiam est Summus noster Relandus qui § 6. hæc Verba habet: Crucifixio Pœna Judaica non fuit, licet id quidam colligant ex 2 Sam. 21: 6. Num. 25. 4. Jos. 8. 29. Jos. 10: 26. Nam illa Suspensio non erat hominum Vivorum, sed mortuorum, adeoq; Pœnæ Consequens, non Pœna fuit.

Nos non Auctoritati magnorum Virorum, Sed Veritati Subscribimus, dicimusq; adeo; Suplicium Crucis Veteribus Judæis in usu fuisse, adeo adeo ut feralj ligno Suspenderint homines non prius mortuos, Sed Vivos. Ad Sententiam hanc Firmandam.

(1) Principe gradu hoc asumo Argumentum petitum ex nobilissima, et mysterii plenissima Legatoris Sanctione Deut. 21. 22. 23 Cum in aligno Peccatum fuerit morte dignum, eumq; morte adfeceris, et Suspenderis e ligno, ne pernoctet cadaver ejus in ligno, Sed omnino eodem die illud tumulo mandabis, Quia Execratio Dei est Suspensus, ne profanes terram, tibi in hæreditatem donatam. Aperte his Verbis innuitur ipsum Crucis Suplicium, Per Suspensionem enim hic memoratam non debet intelligi Strangulatio in Patibulo, usu hodierno recepta, quæ fit Spiritu inter-

clusō

ductô, per laqueum collo malefici injectum, quando scil. infelix ille Malefactor collotenus a feralî ligno pendet. talis enim Suspensio, qualis hodie apud nos Viget, scil. ut quis fune collo injecto, e ligno Suspendatur, Hebræis in usu olim non fuit. Sed Suspensio e ligno apud Hebræos talis fuit, ut Trabs ingens Terræ defossa, Superne lignum transversum positum est, ut referret formam Crucis, et Sic malefactus Cruci illi adfixus, et diductis hinc illinc manibus, Sed funis ejus collo nullus injectus est, nam ita Species Strangulationis hic fuisset. Thalmudici autem Strangulationem et Suspensionem, tanquam duo Supplicia genera, palam distinguunt. Strangulatio enim erat, quum quis ad genua usque fimo defossus est, et laqueo injecto collo ejus, a duobus lestibus ad duas partes distracto Suffocabatur. Suspensio autem e ligno erat, quum quis ad Trabem erectam, instar Crucis compositam, diductis manibus adfixus, vel alligatus, absq; tamen fune collo injecto, quo Suffocari debuisset. Ex loco igitur Statim laudato manifestum est, Supplicium Crucis Veteribus Hebræis in usu Publico fuisse.

Verum

malefici injectum, Quando
ollotenus a feralí ligno
lis hodie apud nos Viget
to, e ligno Suspendatur, Ad
Sed Suspensio e ligno
abs ingens Terra defos
rsum positum est, ut reus
malefícus Crucis illi
ve manibus, Sed fune
nam ita Species Stran
almudici autem Strangu
tanquam duo Supplic
unt, Strangulatio enim
go simo defossus est, et
duobus Lestibus ad
abatur. Suspensio autem
ad Trabem erectam
netis manibus adstrict
nen fune collo injecto,
Ex loco igitur Statim
rliesium Crucis Versus
o fuisse.

Verum

Verum non tantum inter Magistros Hebraeorum, Sed etiam inter Theologos Chiaños ea opinio irrobora-vit, ut Suspensio hac e ligno non fuerit Vivo Spiran-tiq; homini inflictum Suplicium, Sed fuerit tantum Adpendix Lapidationis, adeo, ut prius quàm Lapidatio ne Sit occisus, tandem mortuum ejus Cadaver fuerit ligno Crucis adpensum. Et quidem contendit Rabbi Eliezer, omnium illorum qui lapidati fuerant, tandem Cadaver mortuum Crucifixisse adpensum ad majus dedecus et opprobrii Cumulum augendum, horroriq; incutiendum. Communior tamen est Thalmudicor opinio, non omnium lapidatorum Cadaver fuisse Crucí adpensum, Sed tantum eorum, qui ob blasphe-miam et Idololatriam fuerint lapidati. Atque ita ut Statim mortis, altas radices egit etiam in nostrorum Theologorum animis, hac opinio. ut Veteres Judei neminem Vivum Crucí adfixerint, Sed prius lapidibus hominem occidebant, tandem mortuum ejus Cadaver Crucí Suspendebant; idq; excusare ex Verbis hisce L. latoris conantur. Deut. 21. 22, 23. Si morte adficeris Reum et Suspenderis eum e ligno. Quæ Verba Sic explicant. Si morte prius adficeris Reum, et postea Cadaver ejus mortu-um ligno Suspenderis.

Non.

Non possumus, quin ab hac Sententia, licet ma-
nis nitatur auctoritatibus, discedamus, atq; in alia tra-
abeamus, excussis enim Rationum ponderibus, adeve-
re Sustinemus. Legem duobus Versiculis Deut. 21. 22.
inclusam, neutiquam agere de additamento tantum-
modo nimirū post mortem, lapidatione peractam, impo-
Sed etiam loqui de Supplicio Crucis atrocissimo in
vum spirantemq; hominem exercendo. Quod Supplic
Supra omnes penas, Divinæ maledictionis fulmine
fuerat percussum, et infinitō horrore circumfusum
ut hoc Supplicio gravissima extaret pictura Dei
illius Pœnæ ac reatis. Quā devovendum aliquem
et ira Divina flammis obruendum Messiæ Caput
in Cruce ferali deflagraret. Quod nos in hanc Sen-
tentiam inclinare jubet, est

(†) Quod in universa Lege et Historia S. ubi
cunq; Lapidationis Sanctio occurrit, nusquam re-
tus hic memoratur Scil. ut Lapidati hominis Cada-
ver mortuum, tandem Crucis Suspendatur. nusquam
enim dicitur: Postquam Lapidatus moritur, Cada-
ver ejus ligno Suspendat. Quum tamen rei tanti mo-
menti Silentio involvi nec debuisset, nec potuisset.
Quippe quæ non tantum partem Supplicii Duo-
tio

tionis, Sed Sum
constituisset ex
et Suspensa. E
ret: absq; ulla
assiritur. Su
isse non Vir
rem occisi.
(≠). Rem
exempla ut D
rum respectu,
respectum Lap
ad Idololatri
hinc nulla est
Cadaver in
Suspensio pro
Si quis Suspe
lata erat, et
dius expinge
Ipsi quoq; A
Idolatras Suff
Sed vero in
tiam, Lapido
mentio Suspe
bueris

tionis, Sed Summam ejus diritatem, et Caput Rei constituisse ex diro illo Carmine: Exsecratio Dei est Suspensa. Ego ex Sacra abstimo Silentio pa ret: absq ulla ratione este Sententiam eam, qua asseritur. Suspensionem apud Veteres Judeos fuisse non Vivi hominis, Sed prius per Lapidationem occisi.

(≠) Rem Causamq nostram Solide probant Exempla ut Deut. 13. 9. 10. ubi absq ullo Personarum respectu, et extra illum Sanguinis, amicitiaq respectum Lapidatio decernitur in Eum, qui alios ad Idololatriam allicere, propellereq conatur. Sed hic nulla est mentio, ut Lapidati tandem hominis Cadaver in Sublime lignum evehatur, Quæ tamen Suspensio praetermitti nec potuisset, nec debuisset. Quum. Si quis Suspendi e ligno debuit, et potuit, is Idololatra erat, et ad atrocitatem criminis illius Vivi diu expingendam, ferali ligno Suspendi debebat. Ipsi quoq Adversarii contendunt, imprimis Idololatras fuisse post Lapidationem e ligno Suspensos. Sed vero in hac Lege, Quæ Sectatoris ad Idololatriam, Lapidationem decernit, nulla prorsus est, mentio Suspensionis illius, Quæ lapidationem sequi debuerit

(≠) Simili

(≠) Simili ratione procedere licet Deut. 17. 2--8. ubi in Idololatras, Seu Viros, Seu Mulieres lapidario ad mortem demeniatur. Sed quod ejusmodi Idololatria lapidibus occisus tandem post mortem e ferali ligno suspendatur plane non jubetur. Eadem est facies omnium locorum, ubi de Lapidatione Leges prodeuntur, nusquam Sane in iis jubetur, ut Cadaver lapidati hominis suspendatur.

